ZIONALE
VITT. EMANUELE
ROMA
8
— H
50

Ex Bibliotheca
majori Coll. Rom.
Societ. Jesu

Google

Digitized by Google

Digitized by Google

DISCIPLINA VIRTVTVM
ET
PERFECTIONIS CHRISTIANÆ,

Ex fuſiori R. P. ALPHONSI RODRIGVEZ è Societate IESV opere Latinè contracta

A quodam eiuſdem Societatis Sacerdote.



LVGDVNI,
Sumpt. Hæred. GAB. BOISSAT & LAVRENTII ANISSON.

M. DC. XLIV.

Cum Priuilegio.

Digitized by Google

Digitized by Google

TYPOGRAPHVS LECTORI.

QVAM rari ſint pretij, pij codices Alfonſi Rodriguez de Societate IESV, vel inde conſtat, quod toties de tot officinis in lucem redierint, quod omnium propè nationum linguis dati ſint: Quantæ verò iucunditatis , vel inde, quòd nunquam ſatis volutati, guſtati nunquam ſatis , ſed iterum ac tertiò perlecti, nouas ac nouas iniiciant legendi illecebras. Neque laudabilem illam

ã 2 ſui

Digitized by Google

ſui Lectoris auiditatem vnquam ſatis expleturi videantur, ni ſe illi in perpetuum permittant comitem.

Illud ipſum eſt, quod noſtra tibi officina adlaborat (Lector perbeneuole) dum amplũ opus, in compendium emittit, in quo, quidquid in illo pretij, quidquid ineſt iucunditatis, ita includitur, vt præter molem nihil detractum ſentias.

Habe igitur ex votis pias Alfonſi lucubrationes, habe in manu, habe præ oculis, habe in indiuiduum comitem: Tamque ſuaui, diuináque conſuetudine in Dei gloriam, tuúmque fructum fruere. VALE.

CENSV

Digitized by Google

CENSVRA.

Reuerendiſſimi Magiſtri S. Palatij.

IMprimatur, F. R E. LVCARINVS Sacr. Palatij Apoſtolici Magiſter.

Jmprimendi Facultas.

IOannes Claudius de Ville, &c. Librum inſcriptum *Diſciplina Virtutum, & perfectionis Christianæ* à Theologis viſum & approbatum in lucem edi facultatem concedimus. Lugduni die 25. Septemb. 1643.

DE VILLE.

Digitized by Google

CONSENSVS.

Librum hunc inſcriptum, *Diſciplina Virtutum & Perfectionis Chriſtianæ, &c.* Typis mandari & in lucem edi ſumptibus LAVRENTII ANISSON Bibliopolæ Lugdunenſis, Ego Regis Conſiliarius & Procurator in Lugdunenſi Præfectura, non impedio. Lugduni die 26. Septembris 1643.

LORIN.

PERMISSIO.

Viſo Procuratoris Regis conſenſu, hunc librum typis mandari concedimus à LAVRENTIO ANISSON Bibliopola, & ne quis vltra conceſſam facultatem denuò excudat, prohibemus. Lugduni die 26. Septembris 1643.

SEVE.

Facultas

Digitized by Google

Facultas R. P. Prouincialis Societatis IESV *in Prouincia Lugdun.*

ANTONIVS MILLIEVS Prouincialis Societatis IESV in Prouincia Lugdunenſi, iuxta priuilegium eidem Societati à Regibus Christianiſſimis HENRICO III. 10. Maij 1583. HENRICO IV. 20. Decembris 1606. & LVDOVICO XIII. 14. Februarij 1611. conceſſum, quo Bibliopolis omnibus prohibetur, ne libros ab eiuſdem Societatis hominibus compoſitos abſque ſuperiorum permiſ-

ſione imprimant, Permitto LAVRENTIO ANISSON Bibliopolæ Lugdunenſi, vt Librum cui inſcriptio eſt, *Diſciplina Virtutum & Perfectionis Chriſtianæ*, &c. ad decem proximos annos imprimere ac liberè diuendere poſſit. Datum Lugduni die 28. Septembris 1643.

ANTONIVS MILLIEVS.

SERIES

Digitized by Google

SERIES
CAPITVM HVIVS LIBELLI.

Numerus paginam indicat.

Cap.I. DE *communibus ad perficiendam virtutem præſidiis.* pag. 1

1.Pars.*Triplex noſtri progreſſus ad omnem virtutem incitandi eximiumque præſidium.* 2

2. *Alia totidem ad Perfectionem ſingularis momenti auxilia.* 8

3. *Incitamenta item varia ad proficiendum ſed maximè tria.* 12

Cap.II.*Perfectionis noſtræ ſummam in eo verſari, vt quotidianæ vitæ ſingula opera, atque officia quàm perfectiſſimè obeamus.* 17

Digitized by Google

1. Pars. *Triplex Sanctorum induſtria, quâ quotidianas actiones perfectè, fructuoséque obierunt.* 19
2. *Triplex alia eorum in eundem finem ſolertia.* 21
3. *Monita duo grauiſſima eòdem ſpectantia.* 24
Cap. III. *De recta mente ſeu intentione vbique in omnibus tenenda.* 27
1. Pars. *De blanda peſte bonorum omnium inani gloriola.* 28
2. *Antidota varia inanis gloriolæ.* 32
3. *Quo pacto ſcopum Diuinæ gloriæ in rebus omnibus aſſequamur.* 36
Cap. IV. *De bono fraternæ charitatis.* 41
1. Pars. *Quàm multis, magníſque titulis ad charitatem fratrum compellamur.* ibid.
2. *Quid à nobis fraterna charitas exigat.* 47
3. *Amicitia priuata triplex charitati lethalis.* 55

Digitized by Google

Cap.V. *De Oratione.* 60
1.Pars. *Orationis ſanctæ opes.* ibid.
2. *De optimo precandi, tutiſsimóque modo ac methodo.* 63
3. *Cautiones pernecessariæ ad vberem precationis fructum.* 73
4. *Languoris & euagationum remedia.* 80
5. *De annuo ad exercitia ſpiritualia ſeceſſu.* 86
Cap.VI. *De præſentia Dei.* 91
Cap.VII. *De conſcientiæ examine.* 94
1.Pars. *De examinis particularis argumento.* 96
2. *De forma & modo particularis examinis.* 100
3. *De examine generali.* 103
Cap.VIII. *De voluntate noſtra ex Diuinæ arbitrio fingenda.* 105
1.Pars. *Qualis ſit & quanti noſtræ cum Deo voluntatis perfecta conſenſio.* 106
2. *Quo incitamento Diuinam in omnibus voluntatem iucundè amplectamur.*

ctamur. 111
3. *De voluntate Dei, in tenuitate valetudinis, miniſteriorum, talentorum, virtutum, æternæ gloriæ, amanda.* 117
Cap IX. *De mortificatione.* 130
1. Par. *Quãti ſit pretij mortificatio.* 123
2. *De modis variis mortificationis exercendæ.* 140
3. *Quibus condimentis mortificationis aſperitas dulceſcat.* 150
Cap. X. *De modeſtia, & ſilentio.* 155
1. Pars. *Modeſtia & ſilentium nobis & proximis quantopere proſint.* 157
2. *Loquendi cautio, & quibus circunſtantiis loquendum.* 163
3. *De rebus Diuinis Religioſos homines loqui oportere.* 170
Cap. XI. *De humilitate.* 174
1. Pars. *Quantopere humilitate indigeamus.* 175
2. *De priore humilitatis gradu.* 179
3. *De ſecundo humilitatis gradu.* 189
4. *De tertio humilitatis gradu.* 205

Digitized by Google

Cap.XII. *De tentationibus.* 213
1. Pars. *Quanta ſit tentationum vtilitas.* 215
2. *De tentationum remediis.* 223
3. *De tentationibus ſpecie fucatis, impuris, & impiis.* 230
4. *Cautiones quædam perutiles ad tutiorem tentationum expugnationem.* 234
Cap.XIII *De immoderato in parentes & cognatos amore.* 237
1. Pars. *Quanta religioſæ virtuti damna immoderatus in agnatos amor inferre ſoleat.* 238
2. *Quàm præcipuâ curâ vitanda ſit negotiorum tractatio cognatos ſpectantium.* 243
3. *Diſcutitur fucus piæ charitatis, quem hæc in cognatos immoderatio prætexit.* 245
C.XIV. *De triſtitia, & hilaritate.* 247
1. Pars. *Quanta nobis damna triſtitia inferat.* 248
2. *De triſtitiæ remediis.* 253

Cap.XV.

Cap. XV. *De Paſſionis Chriſti fructuoſa meditatione.* 257
Cap. XVI. *De ſacroſancta Communione.* 267
1. Pars. *De præparatione ad Communionem.* 268
2. *De actione gratiarum poſt Communionem.* 275
3. *De fructibus Communionis.* 277
4. *De Auguſtiſſimo Miſsæ Sacrificio.* 283
Cap. XVII. *De fine Ordinum Religioſorum mixtam actione & contemplatione vitam degentium.* 289
1. Pars. *De excellentia huius finis.* 291
2. *De præcipuis ad animas iuuandas præſidiis.* 306
3. *De quinto proximos iuuandi præſidio, Dei fiducia, & diffidentia ſui.* 316
Cap. XVIII. *De tribus Religioſorum votis.* 325
1. Pars. *Quàm vberes fructus ex tribus votis capiamus.* 326

2. De

2. De magnis Religioſæ vitæ bonis. 332
3. De votorum inſtauratione. 337
Cap XIX. De Religioſa Paupertate. 342
1. Pars. De premio Religioſæ Paupertatis. 344
2. De quibuſdam ad conſequendam Paupertatem auxiliis. 350
3. De officiis Religioſæ Paupertatis. 354
Cap. XX. De Religioſa caſtitate. 359
1. Pars. De idoneis ad caſtimoniam tuendam auxiliis. 360
2. De remediis contra impuras tentationes. 366
Cap. XXI. De obedientia Religioſa. 374
1. Pars. De obedientiæ gradibus. 376
2. De multis ad obſeruandam perfectè obedientiam auxiliis. 384
3. De incommodis, quæ circa imperata occurrunt Superiori exponendis. 393

Cap. XXII. *De obſeruatione Regularum.* 402

1. Pars. *De vtilitate multiplici Religioſarum Regularum.* 403

2. *De adiumentis aliquibus ad accuratam Regularum diſciplinam.* 411

Cap. XXIII. *De Perſpicuitate in aperienda Præpoſitis conſcientiæ propria ratione.* 416

1. Pars. *Quanti ſit ſeipſum perſpicuè ſuis Moderatoribus aperire.* 417

2. *De facilitate detegendæ Moderatoribus conſcientiæ.* 428

3. *De modo ſeu methodo aperiendi Superioribus animi.* 436

Cap. XXIV. *De correctione fraterna.* 438

1. Pars. *De bono fraternæ correctionis.* 440

2. *De modo fraternæ correctionis admittendæ.* 444

3. *De correctione per fraterni defectus indicium obeunda.* 448

DE

DE PERFECTIONE ACQVIRENDA.

De communibus ad perficiendam virtutem præſidiis.

CAPVT I.

ITA ſumus naturâ vſuque comparati, vt qualis eſt apud vnumquemque rei alicuius æſtimatio, tali ferè ad illam deſiderio feratur, præſcribatque optandi menſuram & agendi, eius quod optatur pretium clarè penitúſque perſpectum.

PRIMA PARS.

Triplex noſtri progreſſus ad omnem virtutem incitandi eximiumque præſidium.

1. HInc primum oritur ac princeps religioſi progreſſus ſiue calcar ſeu illecebra, iuſta ipſius & attenta perpetuaque æſtimatio; quæ vtinam potiùs antiquorum ſermonibus inter iuniores iactaretur, quàm ingenij laus, doctrinæ, facundiæ, vrbanitatis, & ſimilium, quorum frequens deprædicatio in magno præſertim ſilentio excellentiorum chariſmatum imbecillas mentes inanitate omni fumoſarum opinionum ſenſim opplet: quaſi nihil maius quò contenderemus ſupereſſet, nihil mirabilius, & noſtro ambitu dignius. Quantò aliter Sancti ab Apoſtolo edocti, propter Christum vnum omnia arbitrari, vt ſtercora; à Chriſto moniti bonam quærere margaritam; à Spiritu ſancto, præferre illam regnis ac ſedibus, præ illa diuitias, aurum, lapidem pretioſum,

S. Fulgentius. *S. Ignatius.* ad Philip. 3.8. Matt. 13. 45. Sap. 7. 7

tioſum, pro arenâ exiguâ, pro luto ac nihilo ducere ; quin ne id quidem liquidò gaudere, quod ſpiritus iis ſubiicerentur, ſed quòd nomina ſua cælis inſcripta confiderent : parerga ſunt cætera quæcumque ad ſeſe nos inuitant, nec plus merentur occupationis quàm texta ſpartea, quæ antiqui Patres igni conſuebant, contenti dumtaxat otium iis contexendis deuitaſſe. Atque hæc ipſa eſt, nec prorſus alia mens eorum qui præſunt, & fruſtra ſibi aut blandiũtur, aut imponunt, qui precationes vſitatas, ſuique domandi ſtudium, literis, confeſſionibus, concionibus poſtponunt : vel neceſſariis occaſionibus dilata recipere deinceps negligunt, tantò hac in parte quadrupedibus propiores, quantò poſtea ipſi viliſſimæ caruncula omiſſum, quàm animi pabulum diligentiùs requirunt. Denique quid prodeſt homini, ſi vniuerſum mundum non ſibi tantùm ſed Deo lucretur, animæ verò ſuæ detrimentum patiatur? Matt. 16, 26.

2 Ex hac virtutum parandarum, profectuſque ſancti æſtimatione, alterum naſcitur ad eas præſidium, fa-

mes, inquam, ardens ac ſitis illarum,
Matt.5.6. cui Chriſtus Dominus ſaturitatem
pollicetur, & quæ niſi adſit fruſtrà
ſint ferè alij conatus, vtpote violenti,
ac proinde haud quaquam duraturi,
ſed retro illico lapſuri, cum vis admota
cenſoris oculi, vel æterni metus, aut
rationum ad tempus placentium, ſuſtentare
animum deorſum vergentem
deſierit; hinc vnum quempiam Rectorem,
vix vni cuipiam videmus regendo
ignauo ſufficere, quo quinque
millia Monachorum duce ac Magiſtro
quondam facilè regebantur. Interior
quædam ex nobis iuſtitia, non
Matth. 5. 20. Phariſæorum fucata poſcitur; cuius
initium eſt veriſſima diſciplinæ cócupiſcentia;
Sap.6.18. Pſ.41.2. tanquam cerui hunc fontem
petamus, ſcintillarum in morem, in
arundineto ſeu noſtrorum ſeu alienorum
vitiorum mixturi incendia diſcurramus;
ſic fiet vt deſiderium ſuo
pabulo creſcat, ac immortalibus diuitiis
tantò inhiet cupidius, quantò iis
vberius aletur; eſt enim inter has fluxaſque
diſcrimen, vt prodant iſtæ familiari
vſu tædia, & venena quæ incautis
& rudibus occultant; illæ vbertatem

tatem & excellentiam, vt qui illas edunt adhuc eſuriant;& inanium bonorum dulci ac ſempiterno faſtidio capiantur;ſic fiet vt Deus eſurientem animam ſuis impleat & ſatiet bonis, illoſque anteuertat qui ſe concupiſcunt; iis ſe prior oſtendat, & vitali aqua ſitientem gratis inebriet;languidius verò eam expetenti ſuam quam amat ignauiam & inopiam relinquat; ſic fiet vt tranquilla pace ſecuræ,quoad licet,conſcientiæ gaudeamus, cùm ex S Bernardo nullum ſit diuinæ præſentiæ teſtimonium certius quàm deſiderium gratiæ amplioris, & hæc ſit ſemita iuſtorum quaſi lux ſplendens & creſcens vſque ad perfectam æternitatis diem; ſic fiet denique vt cùm in hac vita aduerſo alueo ſemper nauigemus, nitamurque in oppoſitum torrentem,nunquam tamen retro deuoluamur, & miſsâ ſemel ad aratrum manu, ante actorum immemores in ea quæ reſtant promoueamus operam & curſum illius imitatione qui currendam viam vt ſemel iniuit, magnis itineribus non priùs abſtitit, quàm noſtræ ſalutis, & ſuæ gloriæ metam contigiſſet;

Luc. 10. 1?. Pſ. 106. 9. Sap. 6. 13. Apoc. 21. 6.

Serm. 2. de Sanct. Andr. Prou. 4. 82.

Digitized by Google

contigiſſet;alioqui ſi tepidè cupis,totúſque ſis in deſideriis ignauis, pigrum ea deſideria occident,& Væ il-
Prou. 12. 25. lud tibi terribile accerſent prægnanti tamdiu & parturienti nec vires habenti partus in lucem effundendi.

3. Valet tertio loco ad perfectionem, quod B. Hieronymus hauſiſſe
in Pſ. 83. ad Philip. 3. 13. ſanctos ab Apoſtolo teſtatur, inquiẽs. *Quicunque ſanctus quotidie in priora extenditur, & præteritorum obliuiſcitur ne, ſcilicet, dum quæſitis iam bonis aſpectum oblectamus ſecuriores facti, ratique nos magnum aliquid habere, deinceps proficere negligamus, & inde fiamus remiſſiores ad currendum vnde animos acriores ad vicinam palmam ducere debuimus*; nec enim quod emenſus eſt iter viator impiger, nec bonus debitor quam numerauit ſummæ partem, nec mercator, peritus rei faciendæ, quod habet in loculis & cenſu reſpicit; omnes eius quod deeſt cura ſollicitat, eò vigilias ſomnoſque conuertunt, ad hoc vnum anhelant quod agendum reſtat, actorum obliti, vt hoc idem à nobis eò magis præſtari debeat, quò maioribus ſtipendiis auctoramur,

Digitized by Google

auctoramur, ſed grauioribus tenemur periculis ſi voluerimus ceſſare. *Negotiamini*, inquit, *dum venio* nec vllum tempus aut occaſionem omitti vacuam patitur, aut lucri ſtudio inanem. Hortatur nos S.P.N. Ignatius vt nihil perfectionis prætermittamus, & S. Bernardus confuſionis plenum & probroſum cenſet, quod ardentiùs mundani pernicioſa deſiderent, quàm nos vtilia, citiùs ad mortem quam nos ad vitam curſum præcipitent. Quæ fuit Pamboni lugendi cauſa, cùm Alexandriæ meretricem vidiſſet incredibili operâ ornatam pluſque, vt aiebat, ponentem artis, vt perditis perditè in commune exitium placeret, quàm ipſe ad placendum Deo, homineſque in cælum perducendos: & puduit ſæpè S. Xauerium, lucelli causâ mercatores in Iaponiam citiùs, quàm lucis filios & Chriſti præcones, Chriſti amore penetraſſe.

Matth. 3. 45.

Reg. 25. ſum.

Digitized by Google

SECVNDA PARS.

Alia totidem ad perfectionem ſingularis momenti auxilia.

1. DOcemur Sanctorum generoſâ cohortatione, factiſque ſublimibus in alta & maximè perfecta collimare, ac in ſumma virtute ambitus oculum figere, nempe quò vel ad mediocria pertingamus, ne ſi abiectiore gradu probitatis, voluerimus contenti viuere, illo etiam excidamus; eſt enim lentior mentis arcus, roburque omne quod conferimus ad virtutem adeò imbecillum, vt quiſquis aliud non ſpectat, quàm vt crimina declinans, gratiæ vitam retineat, opinione falſus nec illa ipſa ſæpiùs deuitet, ſed inferiùs ruat, & iaceat qui anhelare noluit ad maiora; contra qui ad ſublimia adſpirant, contendumque pro ſuo modulo perfecti eſſe vt Pater noſter cæleſtis perfectus eſt, ſi non id penitùs aſſequuntur, tutò ſaltem in mediis extremiſve conſiſtent;

Digitized by Google

conſiſtent; aſſumamus cogitationes ac ſpiritus exemplari noſtro ac Patre Deo dignas, magnæque fortunæ non impares, quam nobis in cælo proponit; de magnis perfectiſque loquamur, audiamus, tractemus, legamus, Inſtituti noſtri officiis, Sanctorum virtutibus ac geſtis vt cum B. Antonio poſt exploratam Pauli vitam vel ingemiſcamus. *Væ mihi qui falsò Monachi nomen gero*, vel cum B. Macario ab Sanctis quos viſerat redeunte: *Vidi Monachos, non ſum ego Monachus*, interceptis vocibus conclamemus.

Hieron. in vita S. Pauli Eremit.

2. Ad hæc ingens momentum in rebus ad ſpeciem minimis conſtituere nos oportet, niſi velimus paulatim decidere; nam *in pigritiis humiliabitur contignatio, & in infirmitate manuum perſtillabit domus*; ex quo ruinam ſequi neceſſe eſt vt pulchrè diſſerit Caſſianus; mouent enim ſuapte naturâ, deformitate ac periculo horrorem ſui, grauia ſcelera; leuia ægrè aduertuntur, ex quo hæc maiore ſtudio quàm mortifera illa deuitanda Sanctus Chryſoſtomus videri ſibi nonnunquam ait, cùm nihil interſit decu-

Eccl. 19. 2 Cap. 9. 18. *Coll. 6. Abb. Theod.*

Homil. 87. in Matth. Auguſtin. ep. 108. ad Seleuc.

Digitized by Google

mano fluctu, an aquâ ſubrepente ſtillatim nauis obruatur; deiiciantur eluuionibus ciuitates paulò ante guttatim collectis, an laxato fluminis aggere immiſſis: Ineſt præterea dirum huic pigritiæ diſcrimen, ne proritata diuina bonitas voluntario tepore, iteratiſque ſponte tenuioribus erratis indignos nos cenſeat quibus auxilium efficax, & victrix gratia credatur ad lethalium criminum incurſiones debellandas, fiatque exiguorum peccatorum quæ vltrò crebróque perpetrantur, ingens pœna formidandumque ſupplicium crimen mortiferum. At quantò ſe quiſque erga diuinam Maieſtatem liberaliorem præſtiterit, quæ liberalitas vtique alia requirit præter illa quæ rigido iure ac titulo debentur tanto illam in ſe experturus eſt liberaliorem, ipséque in dies futurus eſt aptior ad vberiorem bonorum copiam cælitus ab ipſa hauriendam. Nauim ergo noſtram, tum ſubintrantibus his guttis charitatis bitumine oblinamus, tum aſſiduo labore eiiciamus fortè ſubeuntes, nec ſinamus ſentinam facere, certò perſuaſi minorum

Reg. 19. ſumm.

minorum fugam peccatorum cardinem eſſe immotæ virtutis & gratiæ; negligentiam verò indubitatum ruinæ principium.

3. Tertium præceptum ſit quod ab S. Ignatio traditur ne profectus noſtri ſanctum negotium generatim & in vniuerſum ac velut per ſaturam aſſumamus, quaſi ſat cuique ſit velle animæ curam, & perfectionis gerere, niſi deſcendat ad ſingularia, & quod ſibi præcipuè officit, ad eius expugnationem peculiari robore accingatur; ita Caſſianus, & ferè alij eiuſmodi rerum maximè ſcientes. Tenemur enim multitudine hoſtium ſi conſertos ſimul prouocemus: terremur & magnitudine operis, ſi aut domum ingentem, aut librum moliamur: at ſi ſenſim, & horâ qualibet aliquantulum eorum quæ ſimul terrebant exigamus, breui opus creuiſſe penè abſque ſenſu mirabimur, ipſiſque progreſſibus alacritatem animo vireſque acceſſiſſe. Deinde qui ſtudent quæ iam norunt in opus conferre, Dei mouent liberalitatem, vt in ſe largior excurrat, & æternæ lucis maiorem copiam

lib. Exerc. de exam. part.

Coll. 5. cap. 3. 4.

 piam

piam faciat; otioſis verò Dei volun-
tatem inueſtigantibus reſpondet ta-
M. Auila lib. 1. ep. fol. 241 cita repulſæ iuſtiſſimæ cenſura; Quid
damnatura vos beneficia petitis, &
ſanctis deſideriis rebelles ſuggeri vo-
bis ſimilia quæritis, quæ maiore cul-
Ioan. 19. 11. pâ negligaris? ô munificentiam Do-
mini? bonos paucorum talentorum
negotiatores magnis vribus præpo-
nit, ac licèt poſt multum temporis re-
dire dicatur, ſed multum illud ad bea-
tam immortalitatem breuius puncto
eſt. Nulla ſit igitur dies, aut hora ac
ne momentum quidem quo non li-
neam ducamus, cùm nullum ſit no-
bis ab Dei muneribus vacuum ca-
piendis, fruendis ad lucrum cæleſte
occupandis, & rationi reddendæ ob-
noxiis.

TERTIA PARS.

Incitamenta item varia ad proficiendum ſed maximè tria.

1. PErfectiſſimorum, inſigniſque
feruoris hominum æmula con-
ſideratio; nos magnâ vi totos ad eo-
rum virtutem, ſpretâ pigrorum iner-
tiâ

tiâ componit,& quà pudore,quà præmio,quà virtutis famâ rapit; quod in Religioſis familiis vbi certatim ad ſanctimoniam curritur, non poteſt difficile videri, ab his enim exulant formidoloſi,&pauido corde ne pauere faciant corda fratrum ſuorum; fulgent è contrario lucernæ ardentes in omnium manibus, Magiſtri lucis ore ſacroſancto commendatæ; ex quo aliud nobis ad proficiendum calcar acerrimum infigitur, exempli nimirum præclari titulus,quod præbere de nobis, tum noſtris fratribus, tum aliis omnibus debemus,ne vt ſunt bona inter nos communia,ſic vnius peccato in hominum animis rei conſtituamur omnes,matriſque integritas& honor improbi vnius filij dedecoretur prauitate,efficiaturque mũdo inutilis. Deuter. 20.8.

2. Accedit quod Abbas Agatho roganti quo pacto religioſum inſtitutum quod ſuſceperat impleret,præclarè admodum reſpondit. Vide qualis fueris primo die, quando exiſti de ſæculo, & receptus fuiſti in clauſtro, & talis permane ſemper, hoc eſt eandem tanti boni æſtimationem,obſer-

uantiam

Digitized by Google

uantiam, amorem, eandem noſtri demiſſionem, par noſtri odium, par ſtudium feruoris, precationis, laborum teneamus; ſitque hoc primum cunctis in commune mandatum, nullum in arrepti propoſiti vigore laſſeſcere, ſed quaſi incipientem debere ſemper augere quod cœperit. Vtque S. Bernardus factitabat, ſemper ſe pro Nouitio habere, & cum perfectus aliis conſummatuſque videbitur, tunc tamen incipere; perinde ac qui theſaurum effodiunt, tantò in ligones acrius incumbunt quanto ſe propiùs ab eo abeſſe ſuſpicantur. Atque hinc tum idem tum magnus Arſenius ſibi frequenter occinebant; Bernarde, Arſeni, ad quid veniſti: nos verò, obſecro, Ad quid tandem? niſi vt Deo viueremus, deſpecti mundo atque hominibus: & vnis ſpiritus ac mentis rationibus attenti; Cur ergo iſta cum occurrunt tantopere fugimus quæ tanto conatu petiuimus? an mutato loco tranſegiſſe nos plenè de noſtris ad Deum progreſſionibus arbitramur? *Ecce in ſolitudine ſumus, in heremo ſumus, locus tamen non facit ſanctos, ſed operatio*

S. Anton. apud S. Athanaſ. in vita ſua. Sur. in vita eius lib. 1. c. 4. Eccl. 18. 6 Gregor. in Iob 5.

Serm. 27. ad Fr. herem.

operatio bona locum ſanctificabit, & nos pariter. Si enim, ſubdit idem Auguſtinus *habitatorem loca beare poſſent, nec homo nec Angelus à dignitate corruiſſent.* B. verò Dorotheus cùm ad eloquentiam parandam magnos labores deuoraſſet, pudore poſt modum exſtimulabat ſeſe, ſi ad veras virtutes comparandas ſegnior eſſe videretur. Et hac re, inquit, non modicas vires accepi; quin reſtituit hic rubor feruori priſtino adoleſcentem Monachum, cui Mater in ſomnis ad diuinum Tribunal reo illa improperabat verba, quibus ab ſe olim mœſta & plorante miſſionem in Cœnobium extorſerat, *Volo ſaluare animam meam*; eodem nos quoque incitemur, & remiſſas manus ac ſoluta genua erigamus, in eamque ingredi requiem, quam proſpectabamus ab initio feſtinemus. Obſeruetur denique à nobis paternum genus, patris lætitia, gloria, ſollicitudines, beneficia, opes; ob hoc enim toties ſe Patrem Deus, ob hoc nos tam crebrò filios appellat: Quid fratris vnici ac Deo geniti; quid per Patrem Deum genitorum fratrum dignitas,

Doctr. 10.

Canthuſ. a 30. De. 4. nouiſ. & in vita Patrum p. 2.

Hebr. 12. Heb. 1. 4.

gnitas, præmia & exemplum? quid longa quæ nobis reſtat via? quid periculum lapſus, & inconſtantiæ, ſi ſemel à cœpto voluerimus feriari? proh quot nobis viæ; quot ad verum profectum ſtimuli? Vnum tamen his addo valde potens, & finem facio.

3. Eſt autem hoc piorum ſermonum ſyncera auditio atque legitima, hoc eſt, non defungendi causâ, ſed proficiendi conſilio ſuſcepta non ex curioſá picturæ obſeruatione, ſed ſolidâ eorum quæ dicuntur, non ſpe ac deſiderio nouorum, ſed excitandæ, inflammandæque voluntatis per eorum recordationem, quæ iam inde ab Tyrocinio hauſimus, non diribitore animo, & quæ arguuntur, commendanturve tacitè aliis diuidente, ſed velut ſibi ipſi priuatim, cælitùs dicta reputante, non ſuſpicante carpi præſentia, ſed cogitante futuris caueri, & in omnes euentus religioſum cœtum præmuniri; demum Dei verbum ſumente in cibum ſpiritus. Et in corde bono ac optimo, vel in meſſem auream fouēte vel iam natum, & in ſpicam lacteſcēs, excoquente in alimentum immortalitatis.

Perfectionis

Perfectionis noſtræ ſummam in eo verſari, vt quotidianæ vitæ ſingula opera atque officia quàm perfectiſsimè obeamus.

CAPVT II.

HAVDQVAQVAM verò Hieroſolymis fuiſſe, ſed Hieroſolymis bene vixiſſe laudandum eſt, reſpondebat olim Paulino Hieronymus cùm vnicuique non tam magnitudo ac numerus, quàm præſtantia operum à Deo præmia repoſcat & tantùm interſit inter eadem ipſa quæ ſiue ab vno variè comparato, ſiue à diuerſis in Dei obſequio geruntur, quantum inter ſementem eamdem bono in agro factam, ſed triplici tamen prouentus diſcrimine, trigeſimi ſcilicet, ſexageſimi, atque centeſimi; ſtat enim virtus noſtra omnis duobus in his tantummodo, nempe vt quæ Deus à nobis exigit exequamur, tum vt eo quem exigit modo. Primum iam ſumus *De Inſtit. Monach.*

mus diuinâ miſericordiâ adepti; Nam quæ in religioſis ordinibus præſcribit obedientia hæc ſcimus nobis à Deo præſcribi; ſupereſt alterum vt egregiè obeamus, & hanc iis addamus ab agendi modo & animo gratiam vt ab Geniis noſtris præſidibus in librum ſempiternarum rationum, aurô vel argento, non atramento vel aquâ reſcribantur, quod olim B. Bernardo per viſum dicitur oſtenſum cum ſuis in choro matutinas preces exſoluenti.

Chron. Ciſterc.

Hinc P. Natalis ſingulari virtute ac prudentiâ vir, cum Societatis noſtræ prouincias in Hiſpania luſtraret, nihil æquè voluit à Superioribus inculcari, quàm profectus noſtri perfectioníſque ſummam in eo verti, vt quotidiana opera benè ac integrè à nobis fierent, precatio, lectio, miniſteria ſacra & communia, ſingula denique ex Societatis vſu, ac regulis, noſtræ diligentiæ committi ſolita; in quo eſt planè magna ſeges ſuauiſſimæ conſolationis, perfectionis ſcilicet abſolutiſſimæ procliuis & grata facilitas, ingentiumque apud Deum, & apud

Digitized by Google

apud homines meritorum; nec enim grandia, non inaudita, inuſitata & ardua tuis humeris imponũtur; *prope eſt verbum in ore tuo, vt facias illud*, atque vt aiebat Antonius. *Græci tranſmarina ſtudia ſectantur; regnum autem cælorum intra vos eſt.* Sed hæc obuia, & familiaria opera, quo pacto ritè peragantur, & quæ ſint noſtræ in iis partes, hoc verò nunc examinandum eſt. Ac in rebus quidem mox vt conditæ ſunt dicuntur autori ſeorſum ſingulæ placuiſſe; De homine ſolo, qui fuit palmare Dei opus mirum ſilentium & omnino tacetur, quia, vt notat B. Ambroſius, eius excellentia non erat aſpectabilis, ſed continebatur mente atque conſilio.

Deuter. 30. 11.

PRIMA PARS.

Triplex Sanctorum induſtria, quâ quotidianas actiones perfectè, fructuoséque obierunt.

1. SIt ergo hoc primum in iis quæ agimus, ac ferè præcipuum, & tanquam anima, vt rectà in Deum omnia

omnia contendant, nunquam in vana, curioſa, molliora declinent; ſit iſta mens recta fundamentum omnium quæ tractamus per ſe quidem etſi minimè oculis expoſitum, ſed totam ædificij molem nihilominus fulturum.

2. Alterum eſt, vt in Dei conſpectu noſtra omnia geramus, hoc eſt, tam attentè, diligenterque ſingulis incumbamus ac ſi adeſſet ſpectator Deus, caueamuſque ne quid admittamus aut prætereamus, quod eius puriſſimis oculis minùs arrideat; eſtque hæc optima diuinæ præſentiæ perpetuò colendæ ratio, & precationis nunquam abrumpendæ, monente B. Auguſtino. *Quicquid egeris benè age & Deum laudaſti.*

3. Vt curis vacui, ac velut omnium ignari, hoc ſolùm agamus quòd agimus; cætera quæcumque incidunt, ſuo tempori reſeruemus, ne turbâ cogitationum confuſus animus neutris ſe ſatis commodet, ſed in vtriſque officium aliquod imprudens aut ſciens prætermittat; Reſponde ſollicitudini, quæ te importunè adoritur, te Deo pacis,

Digitized by Google

pacis, & ſapientiæ, non diſſenſionis, confuſioniſque inſeruire; nihil tale ab eo iuberi, quale ſe tunc tibi alieno tempore ingerit, facturum verò te cum id imperabit, nec modò imperia, ſed eorum momenta ſeruaturum.

SECVNDA PARS.

Triplex alia eorum in eumdem finem ſolertia.

1. PRæterea mirum quantum iuuat ad gerenda ritè quæ quotidiano vſu nobis iniunguntur, ſi vnumquodque ſtatuamus nos ſemel & vltimum agere; ſic monet B. Bernardus, vultque abs te in omni re inquiras; Hoc faceres ſi modò eſſes moriturus? ô quanto feruore tunc oraturus ſis; ad Aram facturus; confeſſurus peccata, obiturúſque reliqua munera, ſi horum quodque poſtremum fore tibi non diſſimulanter ſuaſeris. O vocem religioſi viri ſanctiſſimam, & ſuauiſſimam, qui monitus, vt inſtantem mortem confeſſione vltimâ occuparet; Triginta ſunt inquit, & amplius

BIBLIOTECA NAZ. VITTORIO EMANUELE ROMA

amplius anni, quibus quotidie perinde confiteor, vt quotidie moriturus; Deo laus; vix mihi videor inuſitata diligentiâ egere, ſed expiatione tantùm conſuetâ. O ſanè felices qui animam ſuam ſic habent in manibus, vt nullo ſe temporis puncto imparatos ad mortem ſentiant, ſed eius furtiuum aduentum ſecuri ſemper, vbique expectent.

2. Ad anteuertenda tædia, quæ repetendis ſæpe aut diu producendis virtutum officiis innaſcuntur, in diem nobis viuendum eſt, ac futurorum quadam incuriâ, tum annorum, tum etiam dierum, de illâ tantùm qua viuimus die, vel horâ laborandum: ita infirmitati noſtræ aſperrima quæque fient tolerabilia breuitate, quæ alioqui longa moleſtia, & diuturnus labor minimè ferenda ſimularent: hoc Sanctus P. Ignatius clypeo, dæmonem ab ſeſe repulit terrentem multitudine annorum qui ſibi reſtarent inter pœnitentiæ cruciatus; cogitationes ſuas increpitans vel vnum diem polliceri auſas: Eodem quoque ieiunij ſacri impatientiam Monachus domuit,

In vit. Patrum.

domuit, importunam famem piâ fraude lactans, & fallaci paucarum horarum iniectâ expectatione ad Nonam exitum perducens. Ac perfecti quidem ſua erga Deum officia nolunt vllis finibus concludi, canuntque audenter cum Dauide. *In æternum non obliuiſcar iuſtificationes tuas*; nobis interea qui ſumus imbelles ac debiles non parcè ſufficiat, ſi æternitatem illam Deo ſeruiendi, per huiuſce noſtri particulas temporis, & quaſi fruſtatim aſſequamur.

3. Ad hæc aſſuetudo perfectè curandi quicquid nobis mandatur, facit cuncta non ſolùm procliuia, ſed etiam iucunda *Ducam te*, inquit, *per ſemitas æquitatis, quas cum ingreſſus fueris, non arctabuntur greſſus tui, & currens non habebis offendiculum*, quin dices potius (*modicum laboraui & inueni mihi multam requiem.*) *Primum tibi*, ait S. Bernardus, *importabile videbitur aliquid; proceſſu temporis ſi aſſueſcas, iudicabis non adeò graue; paulò poſt etiam leue ſenties, poſtea ne ſenties quidem, paulò poſt etiam delectabit.*

Prou. 4. 7.

6. Eccl. 31. 35.

Lib. 1. De conſid.

TERTIA

Tertia Pars.

Monita duo grauiſſima eòdem ſpectantia

1. Tandem cauendum omni ope, ne à feruore repeſcamus, cum vix vnquam ad gradum ex quo deciderant reuocari poſſint, qui ſemel poſt crocea, & aurum, ac tot ampla Dei dona ingrati & turpes ad complectenda ſtercora deuoluuntur: *Ex quo,* inquit B. Auguſtinus, *Deo ſeruire cœpi, quo modo difficile ſum expertus meliores quàm qui in Monaſteriis profecerunt, ita non ſum expertus peiores quàm qui in Monaſteriis ceciderunt:* Exaſperatur ferè illorum morbus medicinâ, & poſt remedia ob aſſuetudinem faſtidioſam irrita, ob ingratum animum exitialia peiore loco ſunt.

2. Claudo, & poſtremum id pono, quod primum omnium optari, accurarique neceſſe eſt, vt Tyrocinij, tempore ſanctè viuendi præſidia omni diligentiâ parentur, illaque præcipuè iam dicta omniū ritè pulchréque agendorum

agendorum aſſuetudo contrahatur, quæ vitam deinceps vniuerſam in virtute conſtantem, facilem, lætamque conſeruet. Prima eſt apud nos Magiſtri Nouitiorum hæc regula. *Rem eſſe magni momenti ſibi commiſſam intelligat, quandoquidem ex prima Nouitiorum inſtitutione pendet maiori ex parte eorumdem profectus, & ſpes noſtræ Societatis in Domino*, Nam ſi quo tempore Tyrones habent ad manum omnia, tum inuitamenta, tum adminicula, quæ ad rectè viuendum, ſanctéque conferunt; ſuntque ab occaſionibus oppoſitis maximè remoti; agãt nihilominus ſocordes ac tepidi; quid tum facturos putabimus, cùm multa circum & varia obſtrepent quibus trahantur in obliquum, & in ſolutiora rapiantur; ſi teneram adhuc, & vix radicibus hærentem non valent cupreſſum ex animi ſolo reuellere, quo pacto annoſam refixuros ſperemus? Vnde S. Bonauentura; *Formam*, ait, *quam primò quis excipit vix deponit, & qui diſciplinam in noua conuerſationis initio negligit, ad eam poſtea difficilè applicatur. Adoleſcens iuxta viam ſuam*

Doroth. Doctr. 11.

In ſpec. diſciplinæ.

Prou. 22. 6.

Grad. 1.

Digitized by Google

Eccl. 25. 5 *ſuam etiam cum ſenuerit, non recedet ab ea:* cenſetque tepidiora principia futuri caſus omen eſſe. Sapiens verò. *Quæ in iuuentute*, inquit, *tuâ non congregaſti quomodo in ſenectute tua inuenies?* Sunt hæ prorſus Societatis ſpes; ſunt iſti eius commeatus bella Domini geſturæ, ex hac Bethleem panis domo ſtrenuè petendi, coaceruandique: Hinc ſanctus Ignatius tanto ardore plenos ſibi perſuaſerat tyrones in Collegia tranſituros, vt monendos putarit adhortatione de temperando feruore nimio quamdiu literarum ſtudiis vacarent: ô tales ex ea fornace prodeant, quorum ſint eâ cautione ad virtutem impetus præuertendi, ne quid immoderato æſtu peccent.

De

De recta mente ſeu intentione vbique in omnibus tenendâ.

CAPVT III.

NON minori iure quàm ingenio pictor cum librum noſtrarum conſtitutionum in B. P. Ignatij manibus pinxiſſet Codici aperto inſcripſit Epigraphen. *Ad maiorem Dei gloriam*, breui hoc lemmate Sancti vitam, & libelli ſummam tam verè quàm ſcitè complexus; nam vt nihil adeò in omni vita ſpectauit Ignatius, ita nihil nobis æquè commendauit, & meritò quidem, cùm operum corpus cæcum futurum ſit, inutileque ac miſerum, ſi nequam fuerit quo corpus id regitur, intentionis oculus, & aliud quidpiam præter Dei obſequium ſpectarit; vt enim eſt radicis ingenium, tales eſſe ramos neceſſarium eſt, &, pro conditione baſium, impoſita columnis ædificia tutò vel ſecùs attolluntur.

Matth. 6. 22. *Greg. l. 38. mor. c. 3.*

Pars Prima.

De blanda peſte bonorum omnium inani gloriolâ.

Greg. li. 9. moral. cap. 13. & c. vlt. moral.

HVic autem probo religioſæ mentis conſilio inſidiatur præcipuè inanis gloriola, ſanctorum fur operum ſæuus, & vernacula pernities; viatorem incautum ementitâ comitis ſpecie demulcens vt communi excepta hoſpitio imparatum ſpoliet & trucidet; eum ferè ad modum quo neceſſitati in edendo iuſtæ, addit ſe pediſſequa voluptas, & plerumque conatur præire.

2. Cuius latrocinij ex eo potiſſimum æſtimanda eſt atrocitas, quod peculiarem vni Deo, & propriam gloriam ſacrilego ambitu inuadit, ac poſſeſſionem, cui ſuos vnius titulos affigi Diuinitas voluit; nominibus hominum adſcribit. Quis coniux ferat ornantem ſe alteri vxorem? Quis princeps nobilem quem multis ſuis vulneribus morti eripuit, leuia ſua in principem Aulæ officia venditantem? Inter

Inter ſeptem illa peruagata ſcelerum capita B. Thomas inanem gloriam primum facit, omnium verò fontem ſuperbiam.

3. Sed crudelitatem huiuſce furiæ, quas infert, clades produnt apertiùs; bonis per ſeſe, piiſque operibus nos fatigat, tum eorum, proh dolor! præmio, fructuque exuit; poſtremò, quod miſerrimum eſt, præmiorum loco pro iis ſupplicia inuehit, corruptis ſcilicet, ac obliquitate animi deprauatis; Et hæc tam præſtat ſuauiter, vt eius veneno gaudeamus. O rem luctuoſam! multorum laborum pretioſas ærumnas in pertuſum ſacculum miſiſſe; tantum argenti & laboris appendiſſe non in panibus & ſaturitate, ſed in ſtrepitum ac fumum; & vnde potuit totum cum ſuo Domino emi cœlum, inde follem rumoris euanidi, laudiſque captaſſe; quale id tandem futurum eſt non poſſe vllam diuturni ſudoris mercedem à Deo expectare, vtpote non Dei æquiſſimis, & liberaliſſimis; ſed mendacibus, & auaris hominum oculis, iudiciiſque conſecrati. Vbinam verò tunc hypocritæ ſpes?

B. ſil. in Conſt. Monaſt. c. 11.

Agg. 1. 5.

Greg. li. 8. mor. c. 28.

Matth. 6. 1. 5.

Iob. 8. 13.

ſpes? Quàm non illi tunc ſua væcordia placebit! quæ nunc tantum affert voluptatis, vt partus ſuorum operum inter plaudentium crotala, & laudum tympana geſtiat Dæmoni adolere. Sic certè B. Pacomius ſentiebat, cùm poſt alias pœnas quinque menſium carcere Monachum damnauit, quòd duas ſportulas quas contexuerat Patrum oculis obieciſſet, laborioſæ diligentiæ nomen exinde aucupans, opuſque integræ diei malo Dæmoni vouens.

4. Orandus igitur nullo fine Deus, vt noſtros oculos auertat, ne vanitatem, non dico, hauriant, ſed ne videant quidem; nam ipſa eſt in peccato prima, in conflictu poſtrema, nec ita facilè Tyrones impetit, hiantibus adhuc impeditos plagis, & erubeſcentes ſicut pridem ſanatos, diuiteſque virtutum quaſi naues peregrinam gazam ex longinquâ nauigatione reportantes, præſertim verò animarum lucris, & victoriis onuſtas; his enim maximè inſidiatur eius Piratica, quorum geſta in luce hominum ac ſalute verſantur, quod excelſiore loco ſita plus auræ

Pſal. 118.

Chryſoſt. hom. in Vidi Dominum.

auræ popularis neceſſariò trahant, & maiore culpâ eripiantur Deo, emendoque fauori hominum donentur illa ex quibus Deus potiſſimàm gloriam,& ſuauiſſimam expectat. *Væ? qui benè de Deo ſentire & eloqui acceperunt*, inquit Bernardus, *ſi quæſtum æſtiment pietatem. ſi conuertant ad inanem gloriam, quod ad lucra Dei acceperant erogandum, ſi alta ſapientes humilibus non conſentiant*, ſi horrendo ſacrilegio acceptum à Deo argentum & aurum Baali faciant, & poſtpoſito ſtudio atque officio gignendorum Deo filiorum, verbum Dei adulterent, vnâ eius ſpargendi voluptuosâ gloriâ contenti. Quantò pulchrior illa Ioabi cautio, ad Rabbæ excidium regem ſuum vocantis, ne ſuo nomini, vt ſcribebat, impulſæ iam in ruinam vrbis attribueretur caſus; ſed quantò iuſtior illa Regis eiuſdem, & à nobis vbique iteranda. *Non nobis Domine, non nobis, ſed nomini tuo da gloriam.*

Serm. 45. in Cant.

Oſeæ 2.8.

1. Reg. 12 29.

Pſal. 113.

SECVNDA PARS.

Antidota varia inanis gloriolæ.

1. PErſpectâ morbi grauitate nunc de remediis videndum: Ac poteſt eorum quæ dicta ſunt cogitatio aſſidua primum remedium cenſeri, vt obtritus vulneri ſcorpio puncturæ quam facit venenum exſugat, & mortem quam influit educat.

2. Secundum ſit illud D. Pauli, vt flocci habeamus ab hominibus iudicari, perinde vt pater ab infante filiolo tam laudes quàm conuitia irridet; nempe ignaro ſuimet nedum patris,
Pſ. 90. 13. & mentis impote. Notat hinc Bernardus, varios eſſe animantibus nocendi modos; & alias vnguibus, nonnullas afflatu, plurimas dente perimere, quæ in ſingulis ipſe vitiorum generibus reperiri oſtendit; Baſiliſcum verò quem putat inanis gloriolæ ſerpentem illos ſuo aſpectu necare qui ſe illi videndos obiecerint, emori autem ſi prius ab iis videatur; Tu quam ambis

ambis approbationem ſi quàm nihili ſit attendas, ſi quàm leues, falſæ, volubiles laudatorum quos tacitè prenſas, opiniones & iudicia; viciſti, Baſiliſcum necaſti; ſi te ac tua illius oculis ingeſſiſti, venenato illorum iaculo eò præſentius, & immedicabilius ictus es, quò maiore ſenſu ſtultæ voluptatis. Matt. 6. 1.

3. Tertium præbent Baſilius, idemque Bernardus. Nihil vt de te loquaris vnquam, quantumcumque ſit familiaris ille, cum quo tu loqueris, imò plus labores celare virtutes quàm vitia; Et exemplo Magiſtri Auilæ, ſi quid in exemplum aliorum cogêre nonnunquam de te aliis narrare, id in alium conferas, de quo ipſe loqui, non de ipſo te videare. *Serm. de exerc. Mon. in form. honeſtæ vitæ.*

4. Quartum docet Chriſtus cùm ſecretum monet precaturis quærendum; idem enim debet de qualibet alia virtutis laude intelligi, abſcondendam nimirum eſſe quoad poteſt, optandoſque dumtaxat illius oculos quem nihil fugit, quique in abſondito illam videns ἐν φανερῷ vt Græcus fert textus, hoc eſt in luce omnium Matt. 6. 6.

 gentium

gentium eam nobis repoſiturus eſt: Cur theſaurum palam in itinere portamus graſſationibus infeſto? Cur opum noſtrarum Babyloniis legatis pompam euoluimus? Diſcruciabatur S. Hilarion, cum ſuis miraculis excitari ſibi turbam admirantium cerneret, timens, inquiebat, vehementer, ne tota hæc foret, quam tunc vel inuitus referebat rectè factorum merces, nihil ſibi in poſterum ſeruaretur. Hac itē de cauſa ſolet ab Sanctis deuitari, quicquid ſingulariter eminet ac micat, ne in ſe aſpectus omnium conuertāt, dum ipſi, quod nemo, faciunt: hinc demum iidem parum habent, ſi multa geſſerint, quæ ſubduci ab hominum ore & conſcientiâ nequibant, niſi & iis alia occultè in ſecreto conclaui, mentiſque adiungant, quæ ab hominibus ignorata, remunerationi; diuinæ integra reſeruentur.

Gregor.

4. Reg. 20 17.

Guil. Pariſ.

5. Quintò, vbi latere non poſſumus, excoquenda eſt ad purum igne charitatis, defæcandaque cauſa quâ quidque agimus, loquimur, cogitamus, cunctáque Domino in religioſum ſacrum priuſquam fiant nuncupanda

pandi; tum, ſi quæ ſe cogitationes in tranſuerſum obliquent, vt in diuerticula nos flectant curioſitatis cupiditatis, aut vanæ laudis, obiurgandæ ſunt ſeuero ſarcaſmo. Et ſerò venitis, inclamandum, locata aliis Domus eſt, totáque opera: cæterum nec propter vos cœpi, nec propter vos deſinam. *Bernard. in Vita.*

6. Sui denique ipſius cognitio perſpicax ita inanem gloriam eneruat, vt noſtrorum nobis conſcij malorum, laudatores noſtros pro irriſoribus habeamus, adeò videmus non modò erroribus, ſed culpis deformibus noſtra omnia ſcatere; adeò nimis certò ſcimus eſſe præterea complura quæ tanto periculoſius neſcimus, quantò ab Dei oculis ea remouere, vtpote ignota non valemus. *Omnis humana iuſtitia, iniuſtitia eſſe conuincitur, ſi diſtrictè iudicetur: ſi enim remotâ pietate diſcutimur, opus noſtrum pœnâ dignum eſt, quod remunerari præmius præſtolamur*, inquit B. Gregorius. *lib. 9. Moral. c. 11. & lib. 17. c. 10.* Hæc ſi remedia deſcendant in animum; profectò omnia noſtra tum veriti, tum reprehenſuri de pedum potiùs erubeſcemus fœditate, quàm pen-

 narum

narum fuco gloriemur.

TERTIA PARS.

Quo pacto ſcopum diuinæ gloriæ in rebus omnibus aſſequamur.

SVpereſt deinceps vt debellato quàm ſuaui, tam lethali hoſte mentem eò noſtram conuertamus, quò deſtinata eſt, cùm ab authore Deo conderetur, Dei videlicet ipſius gloriam & honorem: ad hunc ſolem probantur qui verè Dei ſunt, qui defixâ in illum acie conſtanter durant, eos pro filiis agnoſcit, quin & pro fratre, ſorore ac matre illos habet, gaudet dextro illorum oculo vulnerari, ſemper in dilectum velut ſcopum intento, dum ſiniſter his infimis clauditur, quò in cæleſtia rectiùs colliment.

Ambroſ. 3. Exam. cap. 18 & lib. De Salom. c. 1. Matt. 12. 20. Cantic. 4. 9. Cant. 8. 6.

1. Ante omnia ergo ſummo mane, futura per diem opera, cogitationes, dicta, Deo cui mille nominibus debentur in holocauſtum ſacrabis, rogabiſque ardenter, ne quid ſinat ab aui, aut muſca inuolante ex eo decer-

pi,

pi, vel corrumpi. Poſtea hoc idem propoſitum ad ea quæ ages ſingula; primo ſtatim agendi principio inſtaurabis, vteríſque hac velut amuſſi, ne quid in eo quod attollis ædificio charitatis, exerret, ac vacillet. In progreſſu demum omnium quæ geris, quò ſæpiùs hanc regulam admouebis, hôc tutius, & maiore tuo lætioréque compendio in Dei gloriam aſſurgent: eſt enim hoc, artis noſtræ caput; hoc vnum quod ſolum eſt neceſſarium; hæc ala contemplationis, quâ foueri vbique manum, & opera oportet; hic nucleus, ſeclusâ occupationum exteriorum teſtâ, vnicè legendus, quem vt excernebat eximiè B. Catharina Senenſis, ita illi cui confitebatur ſuadebat, Pone, inquiens, Pater, arcanum tibi in pectore, ſanctumque conclaue, ex quo pedem efferas nunquam; Et is, inter miniſteria culinæ Deo vbertim fruens egregius Monachus qui Sancto Climaco inuſitatæ gratiæ rationem diu requirenti, ſic tandem ait; nunquam ab iis flammis, quarum hæ quas quotidie tracto, picturam referunt, horrendis, & æternis, animi oculos

Luc. 10. 40.
Ezech. 1. 18.
Cap. 4.

los amoui; nunquam me homini ſed Deo ſeruire credidi; nunquam dignum quietē ſum ratus.

2. Parum omnino, vel nihil intereſt, cuiuſmodi ea ſint quæ tractamus, ſtupea, ſerica, lutea, gemmata; æquale pretium iis facit vna Dei voluntas quam in iis quærimus, ſi tamen quærimus; vna eius charitas quam ſpectamus. Mater etiam pedes egenti filio abluens, aut ſaniem vulneris detergens tantâ ſuâ id præſtat oblectatione, quantâ ſi regiam purpuram circumponeret filio Principis, præ quo ſuum amat. Chriſtus mortem immanem, ac probroſam ſuauiſſimi cibi loco duxit, quia eius ſubeundæ auctorem cauſaſque diligebat, Patrem, & homines irato Patri reconciliandos.

3. Beatos nos! ſi hoc paſcamur, oblectemurque cibo & nihil vſquam nobis, ſiue in præclaris, & honorificis, ſiue in abiectis, & vilibus ſapiat, præter vnum Dei obſequium, quàm opulentis hoc ſtudio lucris, & quàm facilibus lutum ac lateres in aurum puriſſimum vertamus; quam ſemper immenſo præmio, etſi nullo fortè in

proximos

Digitized by Google

proximos fructu, proximis operam nauemus, quàm breui multa tempora expleamus; ac licèt poſt annum fato fungi, aut menſes pauciſſimos contingat, pleni tamen plenorum dierum in ſenectute bona, vitæ huius ſaturi defungamur, ſed eam victuri, Gen.25.8 quæ ab naturæ officiis libera diuino amori ſolùm vacat. *Solemus*, ait Emiſſenus, *annos noſtros, & temporum ſpatia, quibus nunc viuimus ſupputare; non te fallat quicumque ille es numerus dierum quos hic relicto corporaliter ſæculo, conſumpſiſti; illum tantùm diem vixiſſe te computa, in quo voluntates proprias abnegaſti, in quo malis deſideriis reſtitiſti, quem ſine vlla regulæ tranſgreſſione duxiſti; illum diem vixiſſe te computa, qui puritatis, & ſanctæ meditationis habuit lucem.* Si ex aliorum piè ad virtutem, ad proximorum ſalutem ſplendidè vtilitérque geſtis nullâ mœroris contractiunculâ mordemur, ſed iis non minus quàm noſtris lætamur; ſi promiſcuè habemus humilibus & magnis occupari, dùm vtriſque Deo ſeruiatur; ſi eorum qui præſunt comprobationem per hæc

non

non petimus; poſſumus non falsò de noſtra in agendo ſynceritate confidere, at hoc audentius, ſi nec ſpebus vllis tametſi ſanctis, nec metu quamuis bono ferimur, cum ſit verus quem hîc deſcribimus Dei amor ſeipſo contentus, nec cauſam præter ſe nec fructũm requirens tantò plus præmij mereatur, quantò minus mereri ſatagit. Et paucorum quidem apparet hæc virtus, ſed longè adhuc pauciorum exiſtimabitur, ſi tres conſiderentur gradus quos in hoc ſtudio amoris caſtè in omnibus diuinam gloriam ſectantis B. Bernardus adnotauit. Prior eſt, vt Deo placere cuiuſcumque rei alterius obliti contendamus, & hac re ſolâ delectemur. Alter vt noſtri quoque immemores nuſquam nos aut noſtra ſpectemus. Tertius, cùm rectè agimus, non vt ipſi Deo placeamus, ſed quia nobis aut placet Deus, aut placet Deo quod agimus. *Hic eſt finis*, inquit, *hæc eſt conſummatio, hæc eſt perfectio, hæc eſt pax, hoc eſt gaudium Domini, hoc eſt gaudium in Spiritu ſancto, hoc eſt ſilentium in cœlo.* Quod etſi paucorum eſt, vt dixi per

Bernard. ſerm. 85. in Cant & de dilig. Deo. S. Chryſoſt. hom. 5. in ep. ad Romanos.

Lib. de am. Dei c. 4.

nos

nos tamen ſteterit quotquot ſumus, quo minus ex iis paucis ſimus.

De bono fraternæ charitatis.

CAPVT IV.

ECce quàm bonum, & quàm iucundum habitare fratres in vnum non putri vinculo cognati ſanguinis; non priuatarum rationum mercenariâ ſpe, ac nundinariâ; non conſenſione ingenij, artiumque ſed Chriſti ſpiritu, ſanguine, diſciplinâ, imitatione colligatos.

PRIMA PARS.

Quàm multis, magniſque titulis ad charitatem fratrum compellamur.

1. HIc eſt nouus caracter diſcipulorum Chriſti; hæc teſſera religionis veræ: hic index charitatis Dei erga diſcipulos, erga Societatem noſtram, Ioan. 13. 35. Ioan. 17. 20. Ioan. 17. 23. & 1. Ioan. 3. 12.

noſtram, erga cæteros quoſcunque quos hæc in Chriſto mutua beneuolentia connectit, hoc naſcentis Eccleſiæ cor vnum, fónſque vitæ illius iu-
Act. 4. 21. gis, per medias cruces, acerbiſſimáſque ſeſe orbe toto propagantis hæc
Matt. 18. 20. Domus & ſedes Chriſti IESV miti ac placidâ inter ſuos maieſtate regnantis: hinc Pacomius miles, & Ethnicus Chriſtum agnouit, & amauit; hinc mundus Chriſtum à Patre miſſum, & diſcipulos Deo charos; hinc illum quem nobis ingentem ſui amorem ſeuerè iniungit, diuina æquitas meritur, iubénſque ſe à nobis di-
Matt. 22. 38. ligi ſimile huic vocat imperium, quo mox de aliis propter ſe amandis præ-
1. Ioan. 4. 12. cipit. Si diligamus inuicem Deus in nobis manet, & charitas eius in nobis perfecta eſt.

2. Ne Luporum quidem ac Leonum genus, pro innato inſtinctu conſeruandi ſui poteſt aliquo inter ſe naturæ fœdere carere; quin iis etiam ab locis quæ ſuperbia Dæmonis ſempiterno horrore damnat, ſi omnis
Luc. 18. conſenſio tollatur, dæmonis regnum corruat oportet, vt mirum non ſit B. Hiero

B. Hieronymum Cœnobia ſine charitate vocaſſe Tartara, Monachos Dæmones, cum peius aliquid vocare illos potuerit; contra verò Angelos dixiſſe Domoſque illorum Paradiſum, vbi ea floreret; Beatus verò Laurentius Iuſtinianus, ad cœleſtem illam Ciuitatis ſupremæ rationem nihil accedere propius, quàm Religioſas familias amore ſancto coagmentatas. *in Reg. Monaſ.*

3. Noſtræ verò ſeu nomen attendas ſub crucis vexillo militantis; ſiue bellicum Inſtitutum, & leges, formámque pugnandi; non poteſt deeſſe charitas, quin eſſe Societas deſinat, fiatque potiùs victima hoſtium quàm impugnatio; vt enim eſt quiſque per ſe imbecillus, at vires, & animos cum aliis coniungens, viciſſim omnium armatur viribus, animis erigitur, ſeruatur periculis, clypeis tegitur, felicitate vincit, triumphat victoriis, ac Imperatoris præcipuè velut capitis ductu, potentiâ, voluntate; ita ſi ab aliis tanquam membris ſeorſum acturus, & quod hinc ſequitur, ab ſuo capite ſe abſcindat, in prædam hoſtibus neceſſariò ſe tradit, & exitij ſui *Bull. Iul 3.1550. Reg. 42. ſum. 8. p. conſt. c. 1. 2. Reg. 5. 20.*

ſui loco Baalpharaſim nomen ponit.

4. Adde quod noſtra Societas cùm ſit orbe toto immenſis ſpatiis diuiſa, multiſque abundet hominibus; principum gratiâ, ingenij laude, doctrinarumque clariſſimis (quæ ſolet homines priuatorum ſenſuum tenaces, & honoris cupidos facere) niſi hos tot locis, conditionibus, dotibus, tantopere diſſitos, iungat ſpiritus charitatis, quis non videt ſuopte impulſu in diuerſa ituros, & relicto ſcopo religioſi propoſiti ſecum inuicem contra illum pro commodis propriis pugnaturos, quærentes vbique quæ ſua ſunt: non quæ IESV Chriſti. Hunc igitur aditum ad Societatem euertendam tam periculoſum S.P.N. Ignatius prouidentiſſimâ diligentiâ præcludens; multis cauit ne quid hanc inter nos concordiam, aut diſſolueret vnquam, aut moueret.

Ad Philip. 2.21.

5. In iis primum eſt, caputque reliquorum, ne cooptentur in Societatem niſi homines naturæ per maturam virtutem edomitæ, cùm ſint alioqui grauiùs nocituri, quò inſtructiores fuerint humanis præſidiis, per apertam

P. Conſt. cap. 1.

apertam ſcilicet diſciplinæ omnis, conſenſionis & ordinis impatientiam; Epiſtolarum deinde commercio noſtros vbilibet gentium poſitos ab ſeſe inuicem pernoſci voluit, iiſdemque viuendi ſtudiis & agendi, quoad ferret locorum ingenium copulari; perfectâ denique obedientiâ, in vnius qui præeſt arbitrio ſuas ab omnibus componi, commiſcerique voluntates: fac rata IESV amor æterne, ſancti famuli tui vota, & Societati tuæ hoc impetra, & dona, quod olim à Patre petiiſti. *Pater ſancte ſerua eos in nomine tuo, quos dediſti mihi vt ſint vnum ſicut & nos.* Nam vt alia prætermittam, hic inter nos amor bonitati diuinæ vſque adeo cordi eſt, vt non poſſimus ipſam diligere, niſi (quod iubet ipſa iiſdem præmiis ac pœnis, quibus ad ſe amandum nos compellit) inuicem quoque diligamus. Ioan. 17. 12.

6. Eſt enim fratris amandi cauſa Pater Deus; frater, amandi Dei materia; fratri ſe tuo amantiſſimus hominum Deus mandato immobili obtendit, vt abs te frater, ô nimis tenerum

rum ac ſuorum causâ ſui oblitum
Zachar. 2.8. pectus? lædi niſi per eius latera non
poſſet: cùm tangis fratrem, patris
pupillam tanges, & vice versâ tibi
acceptum refert, tibíque futurus de-
bitor prolixè totum, vltróque impu-
tat, quicquid vni ex eius minimis
præſtiteris. Tanto creditori, tam
benefico Regi, tam bono parenti,
quot & quàm immenſis nominibus
teneris? en illa omnia in filios ſuos,
fratres tuos tranſcribi pridem impe-
rauit; quæcunque in illos contuleris,
Matt. 25. 40. reponit in ſuas rationes, & data hæc
ſibi profitetur; Ex quo apparet illa
1. ep. 4. 12 B. Ioannis, quàm potens ſit adhorta-
tio. *Chariſſimi ſi ſic Deus dilexit nos,
& nos debemus alterutrum diligere: ſi
diligimus inuicem Deus in nobis manet,
& charitas eius in nobis perfecta eſt;*
M. Auila cap. 96 de Audi filia. fingat tibi quàm voles atrox offenſi
animi perturbatio, fratrem immeren-
tem, ingratum, iniurioſum, reum, di-
gnum probro & pœna, non officiis,
& amore: ſed eſt eius amandi cauſa,
exemplar, incitamentum, & præ-
mium Chriſtus, cui non potes illam
erga fratrem tuum, ipſius filium be-
neuolentiam

Digitized by Google

neuolentiam recuſare.

SECVNDA PARS.

Quid à nobis fraterna charitas exigat.

1. HVius porro eſt ſumma, quam ponit Apoſtolus, & ex eo Sancti Baſilius, & Auguſtinus, vt ſi quid patitur vnum membrum, eius mali ſenſu tangantur & alia; ſi quid gloriatur & potitur, gaudeant ſimul etiam reliqua, etſi loco, muneribus, naturâ, conditionibus diuerſa; ſunt hæc vbera duo inter quæ Sponſus commoratur, gaudere cum gaudentibus, flere cum flentibus, ob æterna potiſſimum, & immortalia, nec vllum in Christi corpore, aut vile aut inutile membrum, aut minùs neceſſarium putare. Sed partes huius charitatis, & de ſuperbiâ, ambitione, irâ, inuidentiâ, cæteriſque animi hoſtibus triumphos idem diſtinctiùs recenſens Apoſtolus, *Charitas*, inquit, *patiens eſt, benigna eſt, non æmulatur, non agit perperam*, & quæ ibidem fuſiùs ſequuntur.

q. 175. ex breu. hom. 15. ex. 50.

Bernard. ſerm 10. in Cant. Ad Rom. 12.15.

1. Cor. 13.4.

tur. Niſi enim diſcas aliorum oneribus ceruicem libenter ſubiicere, & quod amor quoque naturæ inſitus, non conſtanter minus quàm iucundè ſolet, tum quæ proficiſcuntur ab aliis moleſta æquo animo ferre, tum quæ vndecunque ipſi patiuntur, iunctis humeris ſubleuare; nihil aut argumenta vel quæuis aliunde auxilia iuuerint ad conſeruandam hancce concordiam, vt quæ hoc tantummodò duplici pacis vinculo teneatur; mala pati, & bona conferre: niſi Chriſti Dei magiſterio inſiſtens & exemplo, faſtu quolibet doctrinæ, ſanguinis, fortunæ, gratiæ, ac rerum geſtarum depoſito, æqualem te cæteris geras, ſíſque in iis velut ex iis vnus; níſi proculcatâ inuidiâ bonis gaudeas alienis, eaque tuis ipſius bonis gaudendo, & amando aſſeras; niſi propria tua, ſeu magna, ſeu leuia commoda, honorem, voluntates, fraternis ſponte conceſſeris, hunc ſtatus religioſi nodum, ac ſpiritum, propugnaculum, & decus charitatem, nullo ſatis præſidio tueri poteris.

Epheſ. 4. 2.

August. homil. 15. ex. 50.

2. Illic quidem in cælis natiuo

inter

inter ſuperos elemento, ardet per ſe hic ignis, nec aduentitio pabulo ſe ſuſtentat; in hac mortali vita & miſerâ mox vaneſcit, niſi mutuis obſequiis tanquam odoratâ & incorruptâ cedro, officiiſque foueatur. *In hoc cognouimus charitatem Dei.* ô quàm non ſterilem, nec auaram? Quoniam ille animam ſuam pro nobis poſuit, vt non pigeat pro fratribus noſtris animas ponere; quantò magis illos diligere, obſeruare, præferre nobis, & anteuertere congrui honoris & amoris ſignificatione promptâ & candidâ; tanquam Patris eiuſdem cariſſimos filios & poſſeſſionem eius carò emptam, ſempiternoque imperio deſignatam.

Idem lib. 83. qq. q. 71.

1. Ioan. 3.

Ad Rom. 12. 1.

3. Hac imbuti opinione de fratribus excelsâ & nobili nihil vnquam de illis niſi cum laude referemus, nihil interpretabimur duriùs, ſed apium more, tranſmiſſis ſi quæ ſunt, minus ſynceris, & purgatis, vnis mente ac linguâ delibandis eorum virtutibus inſiſtemus, quo & ad exemplum, & ad mutuam charitatem dici præſentius nihil poteſt.

Digitized by Google

Procul erit à nobis illa peſtis, quâ deteſtabilior nulla eſt, ad ſerendas inter fratres diſcordias, renuntiantium ſubinde aliis, quæ clam, vel publicè alij de ipſis, non dicam grauia ſed ſecus quàm vellent locuti fuerint, de quibus Veritas; *Suſurro,* inquit, *coinquinabit animam ſuam, & in omnibus odietur & qui cum eo manſerit, odioſus erit.* Procul dicteria; gentis, aut patriæ, ingenij, morum aut corporis næuos riſu mordaci radentia ſpectantiáque ad ſcurrilitatem, quam inter nos ne nominari quidem Apoſtolus patitur: Procul etiam pro vero contentioſa certatio, mulierculárum magis quàm virorum; multò minùs religioſorum; aberunt quoque reprehenſiones, quarum maturitas, opportunitas, difficultas non poſſunt cuiuſuis iudicio credi, & ægrè ab ipſis ad quos eæ pertinent obſeruantur. Abbas quidem Moſes licèt ſanctus cum Abbate Macario diſputans, neſcio quo caſu verbum aſperius protulit, moxq; à ſpurciſſimo ſpiritu eſt correptus, nec ante à fœda vexatione liberatus quàm

Eccl. 21. 31.

Ephes. 5. 3

Caſſ. Coll. 7. c. 27.

quàm pro illo ad Deum preces Macarius fudiſſet. Aberunt poſtremò, ſi aſſueſcimus præclarè de aliis ſentire ac loqui, magnóque illos in pretio habere; procul, inquam, aberunt illa occultæ arrogantiæ, maléque ſibi conſcij, auerſi, perperam æmulantis & inuidioſi animi germina, temerariæ ſententiæ, ac ſuſpiciones vſurpantium Iudicis Dei, ac ſi poſſint etiam Vindicis poteſtatem; alienas feſtucas damnantium, neglectis quibus excœcantur, obruunturque trabibus; æſtimantium de ſe cunctos, & quos ob pertinaces labeculas, quibus pene inuiti ſinuntur exerceri, Deus ab ſua gratia non repellit, eos apud ſe ex opinione bonâ, & honorificâ deiicientium.

S. Thom. 22. q. 60. a. 3.

Baſil. ſer. Domini in monte cap. 28. Matt. 7. 3.

Greg. lib. 24. Moral. c. 15. & dial. c. 14.

4. Quid iudicas miſer? Quid alienum ſeruum? quid ante tempus? quid eo iudicio, & eâ in cauſâ qua nolis ab ipſo iudicari? quin tu genitiuas ipſius maculas, aut ſcalpturas in primori cute vix ſub ſenſum cadentes illi potius condonas; qui vlcera tua voluntaria, & altè defoſſam ſaniem tot coloribus prætexis. Excuſa

intentionem; ignorantiam condona; ſubreptioni parce; caſum puta non crimen; ſi ne id quidem vales, ſuſpenſâ cum S. P. N. Ignatio voluntate id ſaltem dicito. *Nolite ante tempus iudicare.* Recordare Abbatis Iſaaci, cui Dei nomine, iratus coram Angelus exprobrauit, quod iudiciarium Dei Tribunal inuaſiſſet, ferendo de fratre ſententiam: lege quàm ſeriò ab Deo increpitus B. Franciſcus, quam ſeuerè in ſe animaduerterit, quòd fratris Bernardi ab ſe ſæpiùs vocati ſilentium tuliſſet moleſtiùs. Sed vide alia ex parte in longo ordine Beatorum iam in cœlo fratrum Bernardum de Quintaualle fratri Leoni per viſum comparentem, & ſplendidiores vtroque ex oculo, quàm ex geminis ſolibus radios vibrantem, quòd ſimplicitate mirâ beneuolæ in omnes charitatis, omnia benignè in eorum laudem interpretaretur. O ſimplicem oculum, pignus ſecuræ mortis, & placidæ, ſtabit enim promiſſis Deus non iudicaturus qui non iudicarint, & dimiſſurus iis qui dimiſerint, vt B. Anaſtaſio Sinaitæ reſpondit

1. Cor. 4. 5.
In vita Patrum.
Marull. & hiſt. fr. mi. l. p. l. 6. c. 9.
Luc. 6. 37.

reſpondit Monachus, in morte alacrior, quàm remiſſioris eius diſciplinæ ferre memoria videretur: nam aſperius habitus, patienter, inquit, toleraui, condonaui, etiam excuſaui, & in bonam partem excepi omnia, ob hoc ergo fidens, & alacer mortem opperior.

Baſil. Eccl. 15. ad Col. 4. 6. 5. Bonau. Baſil. 9. 160. ex breu.

5. Hos demùm ſcopulos fraterni amoris præteruectus in eo aduigila, vt ad laborem corporis verborum lenitatem adhibeas, nam *verbum melius quàm datum*; & ſermonem noſtrum ſic decet *condiri ſale & gratiâ*, vt erubeſcamus verbo triſtiore etiam repentino, fratri moleſtiam creaſſe: fraterna officia, velut ab hero ſeruus admittito; velut Chriſto, fratribus nauato. Si quid aliter quàm optaſſes errore aut culpâ in te dictum, vel admiſſum noſti, caue fraternitatis charitatem, cuius ardere inuicto igne lampades oportet, extingui hâc ſtillâ patiare; caue malum gemines malo, & telum quod erat ictu cariturum, ſi receptum fuiſſet molliùs, multis vulneribus plurimorum animas cruentet.

Doctr. 15. 6. Imò vt de te glorioſius triumphes, etiam offenſus audi B. Dorotheum, &, Ignoſce, dic frater, & ora pro me: Quantò verò magis, ſi quoquomodo alium pupugiſti; eſt enim ſola humilitas læſæ reparatio charitatis, cuius demiſſionis ſublimem coronam is prior occupat, qui petendâ veniâ alium anteuertit. Solebat è Ciſtercienſi familiâ Monachus, cùm ad ſacram menſam accederet triduum integrum perinde guſtatu affici, quaſi mellis fauum comediſſet; verùm aliquando poſt increpitum fratrem aſperius; ante compoſitam gratiam Chriſtum ſumens, totâ illâ die amaritiem ſenſit felle quolibet tetriorem, quod præceptum Chriſti, de offerẽtibus ad Altare parum meminiſſet. Ex his tria maximè colliguntur ad fouendam inter offenſiunculas charitatem. Vnũ eſt ab omni vindictæ affectu quàm longiſſimè abſimus; alterum vt ab omni ſignificatione exulcerati animi, & offenſionis, quæ ipſa vindictæ cuiuſdam forma eſt. Tertium, vt ab auerſione quauis etiam arcaná.

Ber. ſer. 2. de natiu.

Chr. Ord.

TERTIA

Digitized by Google

Tertia Pars.

Amicitia priuata triplex charitati lethalis.

VErumenimverò conſenſionem hanc animorum, & religioſam inter nos concordiam, quam tot legitimis, tam ineluctabilibus argumentis commendamus, triplex lues fuco fraternæ beneuolentiæ perniciosſimè infeſtat, eſtque à nobis acriter defendenda, & ſi quando pedem in ſolum noſtrum intulerit, cum execratione profliganda.

1. Prima eſt amicitiarum peculiarium, quæ inter nonnullos ſeiunctim ab aliis coaleſcunt, de quibus S. Baſilius. *Si quis inuentus fuerit, qui maiori quadam animi propenſione Monachum fratrem, vel propinquum, vel alium quemuis, quauis de causâ videatur, diligere, hunc caſtigare oportebit, vt iniurium publicæ charitati. Qui enim* (ſubdit) *vnum aliquem magis quàm cæteros diligit, is quod non perfectè cæteros diligat, de ſeipſo in-* *Conſt. mon. c. 30.*

 dicio

dicio eſt. Hinc regularum facilior, vel amici cauſâ, vel exemplo, præuaricatio; hinc alterna querimoniarum & tentationum vitiorumque affractio, quæ tecta diu latebris, amicitiarum fiduciâ manifeſtantur licentiùs; hinc ſuſpiciones, inuidiola, diſſenſus, odia, factiones & alia Domorum ſanctarum exitia, quibus vt tempeſtiuè occurratur, debent amicitiæ noſtræ ab Chriſto duci, cuius omnes ſumus filij, ac fratres, in eumdemque deſinere, non carne ac ſanguine, & humanis ſtudiis coniungi. Rogatus frater Ioannes Lucenſis, cur ab eorum qui ſe diligerent conſuetudine abhorreret, quia, inquit, illis eò ſum futurus vtilior quò Deo adſtrictior, à quo me illorum nonnihil familiaritas abducit.

H. ſ. min. 3. p. l. 5. c. 45.

2. Secunda eſt amicitiarum item priuatarum, ſed quas vafra honoris ambitio, commodorum, & famæ, cum primariæ auctoritatis hominibus, promouendi ſui gratia deuincit, colitque vili aſſectatione, vt eos ſuis cupiditatibus obſtringat, ex qua vanitatis inquinatiſſimâ ſentinâ totus

tus corrumpitur vitæ religioſæ curſus, ſuóque ex alueo in Deum, & diuina tendente; in huius vitæ ludibria, in peccata & pœnas exundat, conniuente fortaſſis aliquando, ſeu parum cauente grauiorum Patrum prudentia, & indormiſcente ad minutias illas officioſæ Iuuenum aſſiduitatis; Audiuntur verò peregrinarum vocum inſolentes in Societate, ac deformes ſoni; hâc viâ nunc temporis eundum; adhibendam illi operam aliorum qui nolit à Superioribus prætermitti, & in angulo latere. O ſerpentis venenum, excellentiæ cuiuſdam partem, ſtultis Regulæ ſanctæ violatoribus, hîc etiam falsò promittentis! *Omnes qui ſe Societati addixerunt, ſolidarum, perfectarúmque virtutum ſtudio iubentur incumbere, maiuſque momentum in iis ponere, quàm in donis naturâ & induſtriâ partis*; obtemperantes huic oraculo ſequitur honor vel inuitos, vt Salomonem ſapientiæ petitorem etiam opes quas non petierat; alios contemptus, ſic vt multo labore ac ſtrepitu, nihil ad Dei gloriam peragant, Reg. 16. ſum.

nihil ad propriam conſequantur: ſtat enim vbique Chriſti verbum, abiectum iri & humiliatum qui ſe extulerit.

3. Tertia eſt omnium peſſima, omnium maximè deuitanda; priuatorum conſociatio ad res nouas, & ad immutandam Inſtituti formam quædam veluti coniuratio; hanc ſuo in ortu nec rarò deinceps Eccleſia paſſa eſt; hâc B. Franciſci ordo & alij; vt mirum nõ ſit idem malum reuiuiſcere ſubinde, ac nouã ab Inferis cladem hominibus moliri. Sed contra inſurgit Baſilius. *Si aliqui, ait, à reliquis ſuâ ſponte abſciſſi, diſiunctique in Cœtu, cœtum efficiant, vitioſa huiuſmodi amicitiæ conciliatio eſt; ſeditio eſt, & diuiſio, & eorum qui ſic coierunt improbitatis indicium*: hos deinde ex præſcripto Chriſti ritè admonitos, niſi audierint, haberi iubet pro Ethnicis, ingentis nimirum & contra publicum criminis certos & contumaces reos. Nam quod poteſt capitalius eſſe crimen, quàm à Deo inuentum conſtitutumque opus in mortalium ſalutem prophanâ manu retractare,

1. Cor. 11. 19.
Hiſt. min. 1. p. lib. 1. cap. 7.
Conſt. mon. c. 30.

retractare, ac per noua figmenta cogitationum de mutando illo in melius, ſeu euertendo conſilia miſcere? Nempe tu omnium quibus ad hoc Dei ſapientia vſa eſt lectiſſimorum capitum virtutem & ſapientiam præ tuâ faſtidis? Et non diſſimili à Myſteriarchis hæreſeon furendi veſaniâ, tuum vnius, vel pauciſſimorum ſubitum ſomnium meditatis præfers, afflatiſque à Deo Fundatorum imprimis tum Sanctorum multorum, prudentiumque ſententiis. Dei opus eſſe, ac ſanè inter præcipua, religioſas familias, neque illarum hiſtoriæ, nec ſummorum de illis Pontificum Diplomata, nec ipſa ratio ſinunt in controuerſiam vocari: hoc ergo quâ fronte tu homo nihili caſtigare aggrederis, & antiquos terminos tranſgredi quos Patres tui poſuerunt? Reuerere in iis Dei manum, & ſapientiam, ſeruorum ipſius ſudores, & ſanctimoniam; preces, miracula, prudentiamque venerare: Time ſaltem execrationum intenta in eos fulmina qui Societatis Inſtitutum vlla ex parte immutare, aut impugnare ten-

lib. 4. c. 2. Vit. S. Ign. Hiſt. min. 1. p. l. 1, c. 7

Prou. 21, 82.

Greg. 13, 14.

C 6 tauerint,

tauerint, quocunque ſtudio ſuam hanc audaciam prætexant.

Capvt V.

De Oratione.

Prima Pars.

Orationis ſanctæ opes.

1. Precationis ſanctæ ſublimem excellentiam ac pondus ſatis produnt illi apud S. Ioannem puriſſimi ſpiritus habentes ſinguli phialas, ſed eas aureas plenaſque odoramentorum quæ ſunt orationes ſanctorum. Præſunt beatæ illæ mentes fidelium orationibus, & illas Deo quotidie offerunt, ac licèt Aulæ cæleſtis Principes nobis iunguntur pſallentibus, votaque hominum conſpectu ſuo & miniſterio cohoneſtant; nos verò interea cum Deo fabulamur, miſcemus cum Chriſto colloquia, & per hos faciles ad Deum acceſſus

Apoc. c. 5.8.

S. Hilar. can. 18. in Matth. Pſ. 6.7 16.

Chryſoſt. lib. 2. de orãdo Deo. Pſ. 33.6.

Digitized by Google

ceſſus illuminamur eius luce, imbuimur ſanctimoniâ, diuinitate immutamur. Præclarè igitur S. Auguſtinus. *Quid eſt* inquit, *oratione præclarius, quid vitæ noſtræ vtilius, quid animo dulcius, quid in totâ noſtrâ religione ſublimius?* & addere liceat: Quid magis neceſſarium mortalibus, inter tot hoſtes ac tam feros, tot fluctus, & turbines, tot naufragia, dolos pericula, tot venena & mortes, conditionis partim ſuæ, partim cupiditatum ferro colligatis? Quod eſt tempus in quo eius auxilio non indigemus? ait poſt Zozimum ſucceſſor eius Cœleſtinus Papa huius nominis primus.

Tract. de miſeric. Tomo 10.

cap 9 con. Pelag.

2. Vt enim, Deo ita diſpenſante, fruges legi è terrâ quanquam frugiferâ, niſi cultâ primum, & ſeminum grauidâ, non poſſunt, ſic æterna prouidentiæ Diuinæ de ſalute hominum decreta, niſi orationis tanquam manu in opus non ſolent educi, quæ eſt S. Thomæ ac Theologorum, Sanctorumque Patrum auctoritas, imò eſt manus ipſa precatio, hoc eſt, inſtrumentum ad omnia, atque adeò ad ſeipſam, quæ ſi refrixerit, vel inſorduerit,

2. 2 q. 83. art. 2.

Damaſc. 3. fid. c. 24. Aug lib. 2. de ſerm. Domini c. 7. & Greg. 1. Dialog. c. 8.

Aug. lib. de Salmonitis ad Comitem
Nilus c. 95 de orat.
1. p. Hiſt. S. Dominici l. 3. c. 37.
Thom. de Villanoua Archiep. Valent. c. 11. vita.
Aug. ho. 4. ex 50.
Bonau. de progr. Relig. c. 7.
S. Franc. 1. p. Hiſt. min. lib. 1. c. 7.

duerit, fouet ipſamet ſeſe, & abluit donec iterum niteat, ſanctoque igne recaleſcat; Catena eſt aurea de cælo penſilis, & ad nos pertinens: Iacobi ſcala; Cælorum clauis, poſt cuius aſcenſum Dei miſeratio deſcendit; cibus interioris hominis & vitæ ſpeculum, quà Chriſti, quà noſtræ, armatura in prælio; natiuus ſtomachi, ac vitalis calor, ſine quo nihil poteſt corpori, vitæque accedere, nihil ineptum, & durum concoqui. Quare *recte nouit viuere, qui rectè nouit orare*; At ſine hoc ſtudio omnis religio eſt arida, imperfecta, in ruinã promptior, nec poteſt vllus in Dei ſeruitio ſperari fructus; vnde non vanè apud Climacum vir ſanctus ex precatione matutinâ feruente aut languidâ de reliquo diei ordine coniecturam facere conſuerat.

3. Huius tamen rei tam pretioſæ ac neceſſariæ, ô beneficij magnitudinem & profuſionem tam proclinem nobis, & obuiam, tam perennem copiam effecit Deus, vt nulla ſit dies, non temporis punctum quo ſe à quolibet adiri non cupiat, auréſque propitias,

propitias, & tempus vacuum, poſt ſexcentos etiam congreſſus benignè cuiuis non commodet; colloquij cupidus, importunitatis amans, auidus largiendi. Quis vnquam Principum ſuis tam prodigè ſeipſe præbuit? Nempe illos exhaurit munificentia, crebritaſque beneficiorum, & adeuntium: *Deus ſemper in omnes diues eſt, qui inuocant illum*: felicem ergo me, nam *apud me oratio Deo vitæ meæ*, quoties lubitum fuerit; *veſpere & mane, & meridie narrabo, & annuntiabo*, & quòd eſt longè ſuauiſſimum, *exaudiet vocem meam*. Si enim ex S. Auguſtino non amouet orationem meam à me, nec procul dubio miſericordiam ſuam amouebit.

Rom. 10. 12.
Pſ. 41 9.
Pſ. 54. 18
Pſal. 65. 120.

SECVNDA PARS.

De optimo precandi, tutiſſimoque modo ac methodo.

1. SEd quæ ſit nobis orandi ratio maximè tenenda, hoc verò plurimum intereſt, vt inueſtigemus; quæ

quæ autem admiratione potius ac reuerentiâ quàm deſiderio proſequenda. Nam vt illam paulùm ſeponamus, quæ voce peragitur; mentis oratio duplex eſt; ſublimis altera, peculiaris, rara, Dei magis opus ad ſe animam attollentis, quàm animæ Deum patientis, non hortularij labor, ſed cœli vltrò irrigantis, non artis conatus, non partus diſciplinæ, ſed quæ priùs ſcitur improuisâ, & inopinâ experientiâ, priùs ſentitur, & abſorbet, quàm eius doctrinæ contemplatio, verba legitima, ſciendi methodus capiantur; de qua illam refert Caſſianus, quam vocat diuinam, cæleſtem, & pluſquàm humanam Antonij Magni ſententiam. *Non eſt perfecta oratio in qua ſe Monachus vel hoc ipſum quod orat intelligit.* In qua tamen tres gradus diſtinguit B. Bernardus: Eſus nimirum, potus, & ebrietatis, adhortatione illa ſponſi deſignatos. *Comedite amici, & bibite, & inebriamini.*

Coll. 9. Abb. Iſaac

Serm. 52. ex paruis. Cant. 5. 1.

2. Altera eſt illa communior, & ferè nota precandi ratio, quæ diſcurſu mentis voluntatem inflammat, argu-

argumentiſque bonorum ac malorum tanquam diuina luce accenſis facibus eam vrit. Vtramque porro deſcribit eximiè Sapientia veritatis. *Iuſtus* ait *cor ſuum tradet ad vigilandum diluculo*, in quo vides promptum, reuerentem, liberalem ac vigilem animum, procul cordis ſomnolentiâ, ruſticitate, ſordibus, aberratione, ait enim ***ad Dominum qui fecit illum, & in conſpectu altiſſimi deprecabitur***, quod eſt initium orationis verecundæ, ac tam Deo gratæ quàm regi exoſa eſt impudentia parricidæ vix in gratiam recepti, ſi pro pedis & manus humili oſculo, nec piorum operum vacuo, ad oris oſculum adſpiret. Vidimus Patrem veteranum, inſignis meriti ac pietatis virum viginti ipſos annos in hoc precationis demiſſo genere, fructu maximo verſatum. Eccl. 39. c

3. Sequitur iam quo pacto inſcium, ac nihil minùs optantem (nec verò decet à nobis optari) ad alterum illud orationis excelſæ faſtigium Deus promoueat: *ſi enim Dominus magnus voluerit, ſpiritu intelligentia*

tiæ replebit illum; abundè vtique ac tam affluenter, vt (quod ſtatim ſubditur) erumpat, & *ipſe tanquam imbres emittet eloquia ſapientiæ ſuæ, & in oratione confitebitur Domino*, colloquiis nempe ardentibus, quibus S. P. Ignatius tempus aſſignauit quo nobis ſpiritualis motus occurreret, qui motus ex S. Auguſtino cum præmittitur à Deo, impetrandæ rei ſolet index eſſe non dubius. At enim ſi noluerit Deus, quis non libenter cum S. Bernardo tali ac tanto dicat. *Vtinam dentur mihi pax, bonitas, gaudium in Spiritu Sancto, miſereri in hilaritate, tribuere in ſimplicitate, gaudere cum gaudentibus, flere cum flentibus, & his contentus ero, cætera Sanctis Apoſtolis, viriſque Apoſtolicis derelinquo; montes excelſi, ceruis, petra multiplicibus plagis, & capacibus aperta, refugium erinaciis.*

In repet. 1. & 2. exer.. li. de Verb. Domini ſerm. 5. & 29.

Serm. 46. Cantic.

4. Quin & illud cauendum, ne aut Dæmonis vocem, aut ingenij noſtri facilitatem quandam in amando Deo, pro Dei voce arbitremur, & accumbere cum illo proiectè audeamus, iuſſi duntaxat miniſtrare, vnde

&

& neceſſaria, tutaque deperdamus, & nihil conſequamur in altioribus, quæ multis præterea maligni ac proprij ſpiritus obiecta ludibriis S. Bonauentura ſapientiſſimè admonet. Tu verò, qui tandem in proceriſſimam arborem ferro ac plumbo grauis aſcenſum affectas, hoc eſt in culmen diuini amoris, priuato amore adhuc irretitus, & vitiis preſſus? Quid nomen ambis videntis Deum Iſraelis priùs quàm Iacob luctator euaſeris? volatum implumis, tum periculoſum, tum ſaltem irritum conaris: poſt contentionem multorum annorum id tibi, quod tui ſimilibus continget, vt te deprehendas priuatis cupiditatibus quas nondum exueras, multò quàm ante impeditiorem; nec enim fruſtra B. Dionyſius, & alij omnes purgandi animi, & illuminandi officium præfigendum putarunt deſideriis cum ſummo bono illum coniungendi.

Sic narrat P. Euerardus epiſt. quadam.

5. Mittamus itaque hunc precandi modum, qui nec docetur arte, nec verbis exprimitur, nec à Deo iubetur. Alterum breuiter ponamus nobis

nobis à S. P. Ignatio traditum, Summi Pontificis commendatione, inſtitutione Societatis noſtræ, innumerabilium fructuum longâ perpetuâque experientia comprobatum. Is, vt ſummatim dicam trium animæ facultatum actione, vſuque continetur, in quauis piâ materia verſantium, vt eam memoria intellectui ſubiiciat, intellectus examinet, diſſerendique vi excudat ex ea rationes, quæ ad permouendum animum faciunt; voluntas denique iis rationibus tanquam facibus ſtimuletur, & ad malorum fugam quæ verè mala ſunt, bonorumque amorem vehementius inflammetur. Ac de memorandi facultate res per ſe loquitur, cum dictari animo argumenta precandi, niſi per memoriam non valeant. Intelligentiæ verò exercitatio, quæ eſt ipſa meditatio argumenti ſic Hugoni à S. Victore neceſſaria iudicatur, vt poſſe neger precationem perfectam eſſe quam non comitetur aut antecedat meditatio; Auguſtinus autem fore precationem tepidam affirmat, niſi quis in ſe deſcenderit penitus, ſuorumque

Tract. de laud. orat.

rumque profunditatem vulnerum explorarit; nec ſuos dolores ſentiet, nec animaduertet pericula, nec de petendo remedio niſi frigidè cogitabit; hinc planè ſus deque omnia vertuntur, & deſolatione terra deſolatur, quia non eſt qui recogitet corde, ſed cæco ſtudio, nullâque ſpectantis Iudicis, hærentis ceruicibus gladij, minantium cruciatuum, ductâ ratione in præceps itur: hinc illud Dæmoni ſolemne, capto Sanſoni ante omnia oculos exculpere, ſaltem id agere ne videntes videant, ſed quos habent oculos lumini occludant. Meditare igitur quæ propoſuiſti ſed attentè, diſtinctè, otiosè; nihil non diuiſum, probè comminutum probéque confectum glutiens, quô & amarores, & ſaporum dulcedines ſentias: Attende quid inſit ſingulis, quid ex iis ſequatur, efficiatur, colligatur; & eiuſmodi ſexcenta, ne qui ducentur ex cogitatis rebus motus, aut ſint tepidi, & inanes, aut breui tempore marceſcant, ſi ex mente naſcantur non bene rationibus ſubactâ: Inſiſtendum eſt vni rei, myſterio, pœnæ, beneficio,

beneficio, virtuti, vitio; imò iſtorum particulis, (ſed quæ ad cuiuſque profectum ſpectabunt) ſeorſum ſingulis, donec erumpat ex iis vena ſancti eius affectus quem optamus, & in illo piarum cogitationum incitatiſſimo concurſu, pretioſâ flammâ contra Dei hoſtes ſalutaris fulminis cudatur, à quâ noſtra imprimis tum & aliorum decinerаſcant vitia & peccata.

6. Eſt hæc meditatio accurata, fons deuotionis pluribus laudatæ quam ſatis perſpectæ. Hanc Beatus
2.2.q.82. art.3. Theologiæ Angelus in velocitate animi collocat, vbique ad omnes Dei nutus prompti; aitque poſt Deum ex meditatione proficiſci. Nam tenerum illud & melleum, dulcibuſque lacrymis delibutum, quod ex rei gratæ oritur deſiderio, lenitate, ac mollitudine naturæ; imago eſt tantùm fluxa, & tranſiens deuotionis veræ, inter aduerſa & proſpera, læta & triſtia, pro Deo ac virtute pari robore duraturæ, vtpote vi magnâ præſentium, vel agitatarum olim rationum velut fortibus anchoris fundatæ, quæ parum

rum intereſt nunc aut multò prius iactæ ſint, modò nauim ſeruent incolumem: & ſeruant omnino, & experti ſcimus, abſque vllo guſtu ſacrarum quas obeunt meditationum, multos nihilominus in virtutis gradu quam intimè ſcrutati fuerant, & dignam amore ſtatuerant, ſtetiſſe: multos contra poſt illud ſaccharum, miraſque illas ſuas precãdi voluptates, leui tentationis flatu vacillare, deprimi, perire. Tamdiu ergo cædenda voluntatis noſtræ durities validarum ferro rationum dum ex ea ignis charitatis exardeſcat, qui vbi venire cœperit, ventilandus eſt impigrè affectuum follibus, abſiſtẽdumque tunc diſcurſu mentis vtpote iam ſcopum aſſecuto, amorem ſcilicet virtutis qua egemus, horrorem maculæ quâ potiſſimum inquinamur; gaudendum tunc Solis propitij ardore; inſtructæ menſæ lautitiis, beneficio irrigationis, donec tota ardeat voluntas, ſaginetur tota, & diuino ſpiritu ebria eius aquis igneis fœcundetur; *Aliud eſt*, inquit B. Auguſtinus, *ſermo multus, aliud diuturnus affectus: abſit ab oratione*

Pſ. 38. 4. Hier. Ambroſ. Greg. S. Ign. in exor. Add. 4.

Epiſt. 121

tione multa locutio, ſed non deſit multa precatio. Precemur oculis, gemitibus, corde, cuius taciti clamores diuinam expugnant clementiam. At modum longis diſcurſibus, & nimis ſubtilibus ponamus. Nam hic animi feruor contemplationem Chriſtianam fingendæ magiſtram voluntâtis, à philoſophicâ diſcernit in ſolâ rerum intelligentiâ hærente. Quamobrem areſcat quãtumlibet mens ſicca, & inops, repatque per humiles ſenſus ac ſimplices, aut temerario vagarum imaginum tranſcurſu diſſipetur; modò afficiatur voluntas, & inter hæc ipſa perinde vaporetur, & refoueatur, vt ſublimes ſancti, ex ſumptuoſiſſimis & elaboratiſſimis vnguentis diuiniſſimarum cogitationum, nihil eſt quod magnopere angamur; quin eſt potius his columbæ alis quod nobis multum gratulemur, cum ſperari ab iis facilior valeat cum Deo ſermocinatio propter ſimplicitatem Deo caram, & vtilior propter animum amando quam ſpeculando ditiorem,

Thr. 2. 18. Gal. 4. 6. Exod. 14. 15.

Albert. lib. de adhær. cap 9.

Pſ. 54. 7.

Prou. 3. 32.

TERTIA

Tertia Pars.

Cautiones pernecesſariæ ad vberem precationis fructum.

CIrça Tria generatim dicta quæ precationem conſtituunt, memorandi nimirum, differendi, volendi actionem, aduertenda ſunt prætcrea nonnulla, quorum neglectus aut ignoratio ſterilem facit orandi laborem.

1. Primum eſt, non eſſe in oratione, tanquam metâ fineque ſiſtendum, ſed habendam pro via, curſuque ad ſui victoriam: pro fornace ad emolliendum quicquid in nobis menti, Deoque obſtiterit: pro armamentario ad ſuppeditanda, cæleſti ex luce animo cornua, quibus omnes hoſtium machinas, vitiorúmque diſpulueret; pro panacæâ denique, omniúmque omnino morborum communi, ſed certo remedio. Exod. 3 29.

2. Hinc verò ſequitur, priùs quàm ad meditationem accedamus, explorandum non pigrè, nec diſſimu-

lanter, quâ re maximè egeamus; quâ difficultate, quo hoſte ac morbo præcipuè vexemur, prælibandóſque in delecto contemplationis argumento locos idoneos ex quibus deinde meditando & orando, vires, arma, pharmaca depromamus, alioqui nihil abſurdius, quàm in incertum currentem atque collimantem, coronam tamen, & prædam ſperare: nec verò aliis quæ occurrent bonis, te ſinum pandere, aliáſque virtutes haurire, quas tibi ſuſcepta conſideratio propinabit: debet animæ hortus quaquauerſum totus orationis fonte irriguus fieri; at ſunt peculiares plantæ, & neceſſitatis aut deliciarum pretio cariores, quibus, vt alia omnia ſitiant, deeſſe irrigatio nunquam debet. Dico ergo vnum præ cæteris haberi ob oculos oportere, cuius tua plurimum interſit, lenitatem ſi ad iram ſis pronus; demiſſionem tui, ſi ad glorio-lam; afflictationem, ſi ad remiſſiora, & ſenſui grata; & huic inſiſtendo haud quidem in genere, ſed quas expertus es priuatis difficultatibus, incumbendo, hærendo, iterum, ſæpiùs;

vnâ;

vnâ, ſeu variè aptatâ, ſiue eodem ſi prodeſt modo, rationis machinâ, deinde aliis, per vnam hebdomadam, menſem, annum, denique tamdiu dum debellatum ſit. Et hoc libentius, & animoſiùs quò facit virtutum inter ſe connexio, qui vnam perfectè adeptus fuerit cæterarum omnium poſſeſſorem; Iuuerit etiam examen ſingulare in idem propoſitũ difficultatis vnius frangendæ cõferre; ac, vti auctor eſt Caſſianus, crebra per diem in cælum ſuſpiria, precúmque iacula: nullus demùm labor poteſt ſufficiens ne dum ſuperuacaneus videri ad virtutes omnes vnâ operâ comparandas, aut declinandum ſaltem lethalium culparum periculum. *S. Thom. 2. 2. q. 65. art. 1.*

3. Cauendum, hæc frequens inculcatio virtutum, & crebra illarum inter orandum exercitatio ne breuiter, obiter, defungendi causâ & multa libando peragatur: non pingueſcet humus leui rore, ſed lentâ longáque pluuiâ; nec horrorem peccati (ex quo illius dependet fuga) & amorem Chriſti, ac virtutis feſtinata cogitatio creabit: orat Dauid eadem ſæpiùs *Chryſoſt.* *Pſal. 150*

 iterans;

iterans; Chriſtus ter ad Patrem eundem ſermonem repetit;ne teſta quidem prauis odoribus infecta, vnius aquæ loturâ expiatur; vix id igne longo, vix lauatione bullienti, multáque obtinetur;Quid è contrario,vt ſalubri,& grato deinceps liquore imbuatur? At quantò ægriùs purgatur animus in peiora quæ imbiberit pronus; in bona, & ſancta quibus imbuendus eſt infenſus, niſi diu illa magno conatu exprimantur;hæc diu multumque illi penitus incoquantur? Valetque hoc idem in Chriſti myſteriis, quorum vnum probè, claréque perſpectum plus adfert lucis, & roboris, quàm multa leuiùs contacta.In hac porrò,& omni aliâ contemplatione, inueſtigandi meta limeſque meditationis, eſt clara lux mentis penitus perſuaſæ, rem quam verſat, vt mox innuebam, non generatim ſumptam, ſed notis incommodis, & aſperitatibus horrentem, eſſe nihilominus amplectēdam. Ad hanc metam venitur, eiuſdem ſæpè vim,& irritamentum rationis animo admouendo; deinde aliud,ſi prius illud

aſſuetudine

aſſuetudine retuſum fuerit, aut altè iam vulnus adegerit; Tum alia, imò & eadem non raró, ſed diuerſo tempore ac modo, nouóque orationis igne denuò recoquenda, prout ſenſum ſui factura videbuntur, & eliſura difficultates quibus territamur, atque ab officio noſtro auertimur.

4. Ita quarto loco eueniet, vt nunquam deſit meditanti quo fructuosè occupetur; nempe ſi virtutem cuius inopiâ laborat per gradus partiatur; ſubſiſtat in horum vnoquoque; actiones eorum proprias ſigillatim, & eas maximè, illoſque earum articulos, quos videt ſibi, aut feciſſe olim negotium, aut facturos, reddat familiares ſibi atque amabiles, edomitis ſenſim, & deuictis quæ obſtant, moleſtiis, ſic vt, verbi causâ, non tantùm honorem diſcat contemnere, ſed auerſetur quoque, ſed fugiat, ſed contemptum ferat patienter, lætus excipiat, ardenter optet, cupidè exquirat. Hæc ſibi ſingula factu prona qui meditando perfecerunt, iis non facilè inanis iactantia ſubrepet: ictus, & tela, & labores longè diúque ani-

mo præcepta, magnam partem nocendi amittunt, munitâ præſertim cuſtode valido maturi propoſiti, mentis arce, ne illis in eam aditus
Iob 3.25. pateat. Sic fortiſſimus Iob meditatos pridem cruciatus illos ſe ait habuiſſe, quos ferendo poſtea expugnauit. *Timor quem timebam euenit mihi, & quod verebar accidit.*

5. Lumen cæleſte, vſuſque ipſe meditandi, Chriſti IESV Dei & hominis, virtutumque amor compertiſſima ſunt magiſteria meditandi. Quare orandum cum Regio Vate. *Reuela oculos meos & conſiderabo mirabilia de lege tuâ.* & *Lætabor ſuper eloquia tua, ſicut qui inuenit ſpolia multa.* Deinde, facto, vſuque opus eſt; vtque mater infantem filium inſiſtere pedibus ac per ſe progredi, non præceptis, ſed reipsâ docet, ſuſtentans illum nihilominus, & lapſabundo cauens, ita ſub cura periti ductoris, inſiſtendo precationi potiùs, quàm multis de illa præceptionibus ſtudendo, addiſcitur vera non adumbrata precatio.

6. Poſtremò non vides, quos natura

tura aut ſcelus rei alicuius amore incitant, quàm nihil aliud poſſint, ac ne quidem ſeipſos cogitare, Mater filium; vxor ſponſum; amicam amaſius, auarus theſaurum; heu me? ah teporem noſtrum probroſum, ac erubeſcendum, quòd de virtutum profectibus, de Chriſto, de Deo vix niſi compulſi cogitamus: hoccine verò eſt infinito amori, & immenſo bono, amorem quem decet rependere? vtinam vel ſerò his flammis ardeamus, dicamuſque iam verè cum Propheta; *Quomodo dilexi legem tuam, totâ die meditatio mea eſt.* Guſtemus deinde, videamus, quoniam ſuauis eſt Dominus; quàm bona cum eo negotiatio, in qua vt placidè cor noſtrum acquieſcat, totum in illa theſaurum noſtrum reponamus. Iam nihil eſt, opinor, clarius, quàm bene precandi facultatem eſſe ſemper in noſtra poteſtate: quicquid enim oberret, officiat, oblatret; quicquid angat, impugnet, diſſipet, arefaciat, exſugat, potes tamen intereà propter Deum Dei offenſam execrari, vitiis iraſci, oblectari cruce, tolerantiam laborum, ignomi-

Pſal. 118. Prou. 23. 9. Prou. 31. 18.

 niæ,

niæ, ac morborum conſtanter decernere: hoc ſi ab oratione retuleris, perfectè oraſti; ſi non retuleris, etſi totus in lacrymas ieris; in raptus, in gaudia, cœlumque adeo ſublatus tibi videare, nihil egiſti cum ab eo, quod potiſſimum eſt aberraris, voluntatis, inquam, robuſtis affectibus, quod eſt orationis caput, fructuſque omnium meditationum; non ſunt alia ex tuo, ſed Dei arbitrio ac iudicio ſuſpenſa;
Luc. 15. 31. iis te ipſe fortaſſis perderes, & ex ea ſaginâ recalcitrares inſolenter: vt autem ſemper cum patre ſis, eique optes inſeruire; hoc abs te, quia ex te pendet exigitur, nec poteſt Deo minùs gratum venire, quàm eſt apud ipſum deteſtabilis voluntas alicuius criminis patrandi, licèt hæc nulla saporis illecebrâ condiatur.

QVARTA PARS.

Languoris & euagationum remedia.

OCcurremus tamen iis tædiis quæ precandi dulcedinem præfocant aut maculant. Primò, Si ſeriò agemus

agemus,& orationem tanquam ſalutis noſtræ negotium, non tanquam ritum, aut officioſam formulam exequemur. Secundò, Si Dauidis exemplo,pro mendicis,pro adoleſcentulis, & contemptis nos Deo ſiſtamus, quo ad bene precandum compendio nullum ſe maius per annos quadraginta reperiſſe, ait apud Gerſonem Dei ſeruus. Tertiò, Si cum Thaide illa à Paphnutio doctâ non auſi proferre Dei nomen contenti ſimus hac petitione, aut alia ſimili. *Qui plaſmaſti me miſerere mei.* Quartò, Si noſtræ in diuinis rebus tarditatis, & hebetudinis libenter conſcij dicamus ex animo, *vt iumentum factus ſum apud te*; qua vnâ voce diu repetitâ inſignem è Noſtris Verbi Dei præconem magnam cognouimus orandi gratiam conſecutum. Quintò, Si Chriſti pedibus aduoluti, doleamus quidem noſtram in orando ſocordiam,eius verò pœnam, & quicquid nos vexat, profiteamur nos ſponte perferre. Sextò, Si quo minus proceſſit oratio,eò nobis maiore per totam diem ſollicitudine attendamus,

Digitized by Google

De orat. c. 27. & 6..

mus, pugnemuſq; contra nos acriùs, quod factitabat B. Franciſcus Borgia, & aliis vt idem facerent ſuadebat. Septimò, Si quod auctor eſt Abbas Nilus, nihil faciamus eorum quæ orationi aduerſantur, vt nobis appropinquet Deus, & nobiſcum ambulet. Octauò, Demùm ſi attentionem, intimaſque illas anhelantis ad Deum animæ affectiones, & deſideria, guſtumque virtutis, quæ tunc minimè ſentimus, ſentire & habere cupiamus, non enim Deus tam precatione quàm cordis noſtri gaudet holocauſto, nec minùs voluntate ſanctoque deſiderio lætatur, quàm ſi tota anima amore liquefacta plenè ſibi iungeretur; imò his ardentem ſtudiis animum iucundiùs incolit, quàm inter florum delicias, & amœnitates verſari ipſi ſoleamus. Reuocemus igitur in mentem, hac ipsâ horâ qua fame & frigore languemus, quàm multi panibus lacrymarum, & ſanctorum abundent gaudiorum, tum alibi paſſim, tum per Societatem vniuerſam: iungamus noſtras illorum vocibus; quod dicunt, quod clamant,

Barth. de martyr. Archiep. Brachar. in comp. ſp. c. 19.

Blaſ. c. 2. monil. ſp. ex S. Gertrude.

clamant,contendunt,ſentiunt, idem optatis & deſiderio dicamus & velimus; votis illorum noſtra ſociemus, rogemuſque Deum, vt nos in partem illorum admittat. Occurremus quoque animi euagationi, ſi tres eius cauſas nouerimus.

1. Prima eſt noſtri extra orationis tempus ſoluta & negligens obſeruatio, quæ ſinit mentem turbâ imaginum oppleri, precanti poſt paulum recurſurâ: ſubmoueamus hanc ſcaturiginem malorum hortatu Caſſiani. *Quales orantes volumus inueniri, tales nos*, inquit, *ante orationis tempus præparare debemus; ex præcedenti enim ſtatu, mens atque animus in ſupplicatione formatur.* Ad hoc autem nihil æque proderit, vt faſtidioſus terrenorum omnium contemptus, amórque cæleſtium, cum nihil animo niſi amanti adhæreſcat. *Caſſ. Coll. 1. & 7. Coll. 9. Abb. Iſaac.*

2. Secunda eſt, malignitas Dæmonis aquas Bethuliæ conātis præſcindere, hoc eſt fluenta boni omnis ex oratione manantia, & malorum omnium medicinam: feret ille vtcumque tuam inediam, cilicia, flagella; *Iudith. 7. 6. Nilus c. 44. & 48. de orat. & c. 700. Climac. gradu 18.*

gella; flagellum eius eſt pia oratio; ac ſicut ad pulſum campanæ precaturi ſolemus conuenire, ita Dæmones orationem turbaturi, ingeſturique precantibus ſæpè turpiora, quàm alia quæuis tractantibus, contra quos auxilium poſcere, ſingulis orandi principiis ab Eccleſia erudimur carminis illius ſolemni repetitione *Deus in adiutorium meum intende.* Hæc porrò ipſorum rabies feruorem noſtrum vehementiſſimè prouocat, vt tantò ardentiùs in oppoſitum nitamur, quantò ex illo Dæmonis odio animaduertimus precum ingens momentum, ac pretium.

3. Tertiam agnoſcunt Viri Sancti diſtractionum cauſam, infirmitatem deprauatæ per peccatum naturæ, cuius ipſius conſideratio, noſtríque ad tam miſeri ſtatus experientiam, humilis coram Deo abiectio, debet quidem pro ſolatio haberi, ſed & alia non deſunt, quæ ſanctorum ſcripta non parcè ſuppeditant; vt eſt viuida fides Diuinæ immenſæque præſentiæ, ac circum effuſæ Beatorum ipſius Principum, & Ciuium Aulæ; adſpectus

Baſil. Theod. Auguſt. Ignatius.

ctus Auguſtiſſimi Sacramenti, vel vſurpatus oculis, ſi locus patitur; vel conuerſâ in partem, vbi proximè aſſeruatur non ſolùm mente ſed etiam corpore; breuis alicuius precatiunculæ citi iactus, ore ſaltem, ſi animus torpet, crebrò iterati, tandémque omnino cor ipſum excuſſo languore, atque ſomno repetitis ictibus confixuri. Antequam accedas ad orandum, deſignatio accurata expendendorum precando capitum, & ad numerum certum diſtinctio; primæ ſtatim poſt ſomnum cogitationis in inſtantem meditationem coniectio, ne præcurſor Dæmon. has abs te diei primitias Deo præripiat; comparatio animæ priuſquam ſe precationi dedat, ne abſque præſcripto & neceſſario labore, expectare à Deo quaſi miraculum, felicem orationis ſucceſſum videaris, quod Sancti explicāt Deum ipſum tentare: Additionum quas habemus à B. P. S. Ignatio traditas tam diligens cura, quam ferè pronum eſt, vt præ tenuitate negligantur, cùm earum tamen obſeruationi & incuriæ, vt plurimum precandi exitus, boni,

B. Angela Fulgni Gerſon & S. Ignat.

S. Bonau. in ſorm. nouit. p. 1. c. 4. Clim. c. 21. S. Ignatius.

S. Thom. S. Bonauent. Eccleſ. 10. 23.

boni, maliqne reſpondeant: Obfirmatio denique fortis propoſiti, nullis euagationibus à precando, nullâ imaginum abſurdarum vexatione receſſuri, haud quaquam videlicet dubij, quamdiu vexant, id eſt inuitis & reluctantibus incurrunt ac inſiſtunt, tamdiu magnopere ad purgationem, virtutem, ac meritum prodeſſe. His & eiuſmodi conſiliis non magno negotio ſomnum etiam quiſque ab ſe facilè defendet, præſertim ſi legat apud B. Petrum Damianum, S. Romualdum tanti criminis ream ſuorum precando dormitationem tenuiſſe, vt qui eſſet in eam lapſus huic eo die celebrando ſacro vellet omnino interdictum.

Bloſ. c. 3 monil. ſp. r.

QVINTA PARS.

De annuo ad exercitia ſpiritualia ſeceſſu.

1. NEmo, vt arbitror, ſuperioribus perlectis, ambiget, tanti eſſe ad interiora mentis lucra, & tranquillitatem precandi ſtudium, vt

ſit

ſit quotidiana aſſiduitate frequentandum, verùm præter ſtatam ſumendi cibi conſuetudinem, cùm ſe homines interdum excipiant lautius, & liberalius inuitent, decet nos quoque aliquando, ac ſemel vt minimum quotannis, genio ſancto indulgere, & in Dei conſpectu prolixioribus epulis orando, legendoque recreari: ad hoc nobis ſancti etiam occupatiſſimi præiuerunt: cogit pertinax noſtra, niſi præ ſtupore hanc non percipimus, in natiuum frigus, & deteriora propenſio, lapſura vtique quò ſemper inclinat, niſi iugi meditatione foueatur, & in contrarium flectatur; hortatur natura non contenta matutino rore, ſed largis identidem pluuiis terram exſatians; Admonent etiam occupationes quas multi perperam excuſant, cum ipſi ad ſacros ſeceſſus exercitiorum ſpiritualium inuitantur; facit enim earum grauitas atque contentio, maiore tunc cibo, quiete, viribus ac ſomno egeamus; quàm ſi otio frueremur, vt tutò aliis quamplurimum proſimus, nam tritum eſt illud, pati ſimul viciſſim

Arias p. 2. prof. ſp. Tom. 5. de orat. c. 7.

quæ

quæ agunt;gladij aciem cædendo hebeſcere ; religioſa corda non parum mundani pulueris, mundanos inter colligere : ſentire quemque prætcrea ſuos proprios manes,imbecillitatem, inopiam,morbos,& vulnera oportet, & hanc tempeſtiuè,ad præcauendum antidotum,ad perſanandum medicinam occupare.

2. Ex hac verò fructus triplex maximè expectatur.Primus eſt,vt aſſueſcamus vſu ipſo atque ratione quotidianis religioſæ vitæ officiis ritè,vtiliterque obeundis, hanc enim ob cauſam B. P. S. Ignatius examen ſingulare in additiones ad exercitia præſcripſit.Altera vt prorſus frangamus vitium, quod plus moleſtiæ nobis & aliis faceſſit ; Vltima virtutem aliquam ex potioribus nobis aſſeramus,quâ nos præ cæteris deſici dolemus.Sed hos vltrò tres fructus exercitia ſancta non parient niſi noſtram ad illos educendos diligentiam conferamus. Quare illos nobis exercitia ingreſſuri debemus in ſcopum præfigere, circumſpicere ſagaciter, & ſyncerè ad perfectionem, quam profeſſi

ſumus

ſumus nos conſectaturos, quantum nobis deſit, quid obſit deterius, & conatus noſtros illuc admouere; poſt ſingulas denique meditationes diſertè, ac breuiter in libello notare quod præſtandum nobis agnouimus, vt eius deinceps refricatâ interdum memoriâ ſopitum ardorem reuocemus quo tunc meditando vrebamur.

3. Germana ſacræ meditationis eſt ſacra lectio, quam præter Apoſtolos, Sanctos, fundatores ordinum Religioſorum, ipſa commendit experientia, multis, miriſque animarum conuerſionibus probata, & eo vſque neceſſariam B. Athanaſius ratus eſt, vt non ſit veritus præciſè dicere. *Sine legendi ſtudio neminem ad Deum intentum videri.* Tantæ ergo nobis vtilitatis occaſione in culpam cedat, ſi hanc elabi ſinamus è manibus, audiamus monẽtem Sanctum Ambroſium, nos Deum alloqui cum oramus, audire cum diuina oracula legimus; Auguſtinum, Diuinas ſcripturas quaſi literas eſſe de patria noſtrâ miſſas; Gregorium, inſtar ſpeculi eſſe, vt ibi, inquit Auguſtinus, velut ad

1. Timot. 4 15. Athanaſ. Hieronym. Vmbert. in prologo de S. Bened. S Ignat. reg. 1. Comm. D. Auguſt. lib 8. conf. ſſ. c. 8.

1. Off. c. 20

Epiſt. 143

2 Moral. 1 Ibid.

ad imaginem ſuam anima reſpiciat, & vel fœda quæque corrigat, vel pulchra plus ornet. Ex quo apparet clarè, piam lectionem, vt ab literario ſtudio differat, non eſſe confertim, feſtinatóque decurrendam, ſed placidiùs, & conſideratiùs, non tam multa quàm multum legendo ſumptis ad inſiſtendum tantiſper ſpatiis, vbi quid incidit, quod præ cæteris afficiat, formatiſque ad Deum oratiunculis, quibus ad ea quæ legimus anhelemus, quo etiam modo poſſunt nonnunquam contemplandi rudes, aut periti quidem, ſed defatigati, meditationis loco, lectione hac iuuari, ſed quietâ, vt dixi, & precationibus interpunctâ, perit enim torrentibus pluuiis agrorũ vbertas, quam ſenſim, molliter decidens aqua lætificat. Ad hæc iubet in aſceticis legendis B. Bernardus, non tam quæri ſcientiam quod ſtudentium eſt, quàm ſaporem qui finis eſt iſtiuſmodi lectionis; quod eſt illi vnicè cauendum qui vnam fideliam duobus ſemper parietibus allinunt, confuſoque rerum ac temporum ordine interim dum nollent

Bernard. Tract. ad fratres de monte.

lent pij libri legendi regulam præte-
rire, ſimul volunt legendo parare
quibus in dicendo vti poſſint, &
vtrique intenti neutrum ſatis cum
fructu explent; iubet idem prudenter
difficilem vitari lectionem, vt quæ
teneriorem animum laſſet non re-
creet, intentionem frangat, ingenium
hebetet. Atque ad extremum. *De quo-
tidiana*, inquit, *lectione aliquid quoti-
die in ventrem memoriæ demittendum
eſt, quod fideliùs digeratur, & rurſus
reuocatum crebrius ruminetur, quod
propoſito conueniat quod intentioni
proficiat, quod detineat animum, vt
aliena cogitare non libeat.* Quæ viri
ſanctiſſimi præclara admonitio quan-
ta lectioni commoda tribuat, facilè
notabit qui eius pondus expenderit.

De præſentia Dei.

CAPVT VI.

COGITATIO diuinæ præſentiæ, rudimẽtum felicitatis, imitatio tutelarium Angelorum, robur fragilitatis noſtræ, tentationum diiectio, victoria

Heſich. S. Bon.
Matt. 18. 10.
Pſ. 15. 8.

Ezech. 8. Iob 38. Pſ 9.26. Gen 17.1 victoria ſcelerum, breue ac facile ad perfectam virtutem longioris viæ aſperioriſque compendium, duplici capite continetur. Primum quidem mentis actione; certâ fide credentis, cogitantiſque Deum nullo loco abeſſe, ſed videre, regere, implere omnia, mox in nihilum abitura, niſi ab ipſo fulciantur; nec opus ad hoc imaginibus, & figuris, quibus variâ ſpecie Deum nobis aut Chriſtum adeſſe, pro varietate temporum fingamus; paucorum eſt talibus ſine labore inhærere, quos inflammatus Chriſti amor non ſinit etiam volentes ab iis animum auocare; multi caput obtundunt, & cerebrum lædunt contentione imaginandi nec neceſſariâ, nec verâ; cum certa perſuaſio ſufficiat veræ ac neceſſariæ vbique Dei præſentiæ, quam æterna fidei veritas nos docet.

S. Bonau. in myſt. theol. S. Aug ep. 121. ad Probam. Caſſian. coll. 10. cap. 10. 2. Alterum eſt, idque præcipuum, frequentiſſimus ad Deum voluntatis impulſus, per accenſa ſuſpiria, precationeſque raptim miſſas; *ne illa vigilans, & erecta intentio, quæ tamen neceſſaria eſt oranti, per productiores moras*

ras hebetetur. Caſſianus vnum verſiculum, verbi causâ illum, in Eccleſia notum, *Deus in adiutorium meum intende*, accommodari oſtendit poſſe affectibus omnibus quauis occaſione exerendis, fiduciæ Dei, contemptus ſui & cæteris. S. Baſilius è re quauis occaſionem ſumi poſſe in Deum aſſurgendi; nonnullis placuit, prout quiſque purgatur, illuminatur, aut Deo iungitur, ita ex his tribus ad Deum viis, ſeu potiùs gradibus, debere hinc anſam ad Deum volandi captare; ſeliguntur que ferè de Scripturæ ſacræ viſceribus hi animæ ſpiritus, nec opus eſt ſemper diuerſos eligi; quin eoſdem præſtat identidem repetere, omiſsâ diuerſitatis curâ (ſi valde permouent, & pingui adipe animum reficiunt) quàm nouos minúſque perſpectos, & quod neceſſe eſt ſegniùs moturos, quàm occupaturos adhibere. *Homil. in mart. Iulitam.*

3. At modum Deo aſſiſtendi, eiúſque conſpectum fructuosâ, conſtanti, tutâ, & facili recordatione venerandi omnium optimum ſic tradit B. Apoſtolus: *Siue manducatis, ſiue*

bibitis,

bibitis, ſiue aliud quid facitis omnia in gloriam Dei facite, nimirum vt inſtituamur conuerſo in Deum non quaſi remotum, ſed velut præſentem animo ſingula optare, aggredi, vſurpare, abiicere, ſolo ipſi placendi ſtudio, & coram vbique illi profiteri; non meam, ſed tuam hic volo fieri voluntatem, non mihi, ſed tibi placere, obſequi, ſeruire; quo modo illud aſſequemur, vt ex Chriſti mandato oremus ſemper, deficiamus nunquam, breuique ſpretis etiam indignanter infimarum rerum blanditiis, Deo ſingulariter delectemur.

Luc. 18. 1. Rich. à S. Vict. lib. 1. de cõtemp. Platus cap. 25.

De conſcientiæ examine.

CAPVT VII.

Hom. 1. de inſtit. Monac. ſerm. 1. de abdic. homil. 24. inter. 50. de Domo cap 65. Caſſian. Coll. 6. c. 4. & aliy.

1. HOc religioſæ mentis officium, non modò Sanctorum Baſilij, Auguſtini, Bernardi, Bonauenturæ, Chryſoſtomi, Ephremi, Climaci, Dorothei, & ferè omnium commendatione celebratur, vt potens

tens ad purgandam vitam, parandaſque virtutes præſidium; verùm vſu ipſo,& laudatione Ethnicorum. Sibi enim ipſi coram Deo redditurus diei rationem, eum ſanctius expender, compertiſque in eâ reddendâ, ſi quæ perperam geſſit, in ſequentem diem traducet cautius; computatam iacturam tanquam prouidus mercator ſarcire contendet, ne fiat damnoſior, reique ſummam in diſcrimen trahat; allidet teneros ad petram paruulos, nec ſinet plantas virulentas radicem apud ſe agere.

Senec.

S. Ephrem.
Climac.

Doroth.
Doct. 11.

2. Hinc S. P. Ignatius examen quotidie geminum manè ac ſub noctem nobis imperauit; quin & primorum ſociorum hoc vno pabulo diu aluit pietatem; & tradendum iis diligenter qui ſe nobis fingendos permiſiſſent, clarè admonuit, quod à Petro Fabro in iis, quos in Domino regebat imprimis legimus effectum, cunctiſque aliis præmiſſum documentis.

PRIMA

Digitized by Google

PRIMA PARS.

De examinis particularis argumento.

1. SEd cùm ſit duplex examinis ratio, communis ſiue Generalis, & ſingularis, ſeu Particularis, vt appellant, intereſt maximè, particularis huius quænam materia ſumatur; in quo iubet S. Ignatius, quod & S. Bonauentura docuerat, Dæmonis artes in ipſum retorquere; ac vt animæ arcem expugnaturus circumſpicit, notatque quâ parte minus ſit munita, vt illac impetum faciat; ita noſtra nos introſpicere, rimarique diligenter, vt quod imbecillius fuerit, quod ob prauam conſuetudinem, perturbationes, ignauiam labefactatum magis, id particularis examinis forti defenſione muniamus; breuiter quod nobis vitium ſentimus eſſe maximè infeſtum, noſque turpiùs in lapſum, frequentiúſque impellere, hanc in illud vnum machinam obuertamus, vt hoc debellato, quod erat

Caſſ. Coll. 5. c. 14.

erat maioris cauſa periculi, tutiores degamus, & corroboratus animus, laborioſâ, ſed felici de potenti hoſte victoriâ, debiliores inuadat animoſiùs ac profliget. Nam eſt inter illas quæ virtutem noſtram impugnant, peſtes, aliqua ſemper decumana, execrabilior cæteris & magis timenda, quam ſi deuictam haberemus viderentur omnia nullo penè ſumptu & labore ceſſura.

2. Licèt autem ex eo qui noſtris præeſt confeſſionibus multò certius quàm ex nobis decernere, cuius potiſſimum vitij debeamus iugulum premere; ſed in confeſſo eſt, quæ aliorum oculos in nobis offendunt, & exemplo nocent primùm eſſe à nobis expugnanda vt charitati ſatisfaciamus: At his corrigendis, vtpote exterioribus & leuioribus haudquaquam decere vt vitam omnem conteramus, cum ea ſint magis noſtri arbitrij, quàm ſit interior appetendi facultas, atque iraſcendi, quarum pertinaci contumaciâ, inſultibuſque laceſſimur. Hûc ergo potiùs manus admouenda, quod extirpandis quidem

dem vitiis agitur, prauiſque affectibus; verum hi quoque affectus praui melius necantur, ſi poſt aliquam in eos pugnam, particularis examinis deinceps obſtinatâ fronte minimè petantur, ſed obliquâ; hoc eſt in virtutem iis oppoſitam examen flectatur, eamque nobis aſſerere, iteratis per diem eius actionibus ſtudeamus, definito illarum apud nos numero, qui primum minor, ſenſim deinde à nobis augeatur, pro virium modo, quas ad eius virtutis poſſeſſionem illo vſu nobis comparamus.

3. Addo cum ſpiritus Magiſtris ne vni quidem virtuti examen particulare ſufficere, ob materiæ vaſtitatem, partéſque illius multiplices, ac difficultatum nodos, quos legi ſeorſum neceſſe eſt, vt ſeiuncti citius vincantur. Sic exempli causâ, ſi debellandam ſuſcipiamus ſuperbiam dierum aliquot ad hoc examen dirigemus. Ne quid excidat nobis in noſtri commendationem; Tum per aliquot item dies, vel etiam menſes, ne cum laudamur ab aliquo, efferamur, ſed erubeſcamus, nos eſſe alios quàm

credamur.

credamur. Poſt, vt aliorum præclarè geſtis,& laudibus lætemur : inde, ne hominum oculis in re vllâ ſed vni Deo ſeruiamus, ad hæc ne purgationes opponamus , cùm accuſamur ab aliquo, ne indignemur arguenti ; ne culpam in alios conferamus,& cætera quæ ad idem pertinent benè multa, ſuis pariter euecta gradibus, tolerantiæ ſcilicet , facilitatis & alacritatis; quæ niſi per ſe ſingula ſuperentur, nunquam ſuperbiæ plenâ victoriâ potiemur. Atque hoc etiam de fratrum mutuâ charitate, mortificatione ſui, temperantiâ in victu , patientiâ, paupertate, obedientia, caſtitate, diligentiâ,in quotidianis actionibus, & demùm virtutibus reliquis intelligendum eſt.

4. Examinis porrò argumentum quod maturâ cogitatione legendum diximus,non eſt de facili mutandum, ne pugnas irritas contra hoſtes multos agitemus , ſi priùs aggrediamur nouos,quàm fregerimus priores. *Perſequar inimicos meos , & comprehendam illos & non conuertar donec deficiant*, donec, inquam, hoſtis ſit adeò Pſal 17.

 debilis,

debilis, vt cùm primum compareṭ ſtatim rationis imperio ſternatur; nec enim ſperandum fore, vt nullos virtuti quam petimus contrarios motus ſentiamus, cùm ſit hoc proprium Beatorum; nec tamen putandum tempus inaniter abſumi, ſi annos complures, atque adeò vitam in expugnando quopiam vitio, dumtaxat viriliter, legitiméque impendamus, etſi non negarim poſſe hunc ſubinde certaminis æſtum per dies aliquot, vel hebdomadas remitti, ad reuiuiſcentis alterius vitij deiiciendam audaciam. Et hæc de particularis examinis notanda erant materiâ.

Bernard. Hugo à S. Victore.

SECVNDA PARS.

De forma, & modo particularis examinis.

1. NVnc formam à S. Ignatio traditam, vt primo mane fortiter ſtatuamus deſignato vitio abſtinere; ſub meridiem exploremus, num matutini propoſiti tenaces fuerimus, idque cum dolore malè obſeruati,

ſeruati, in reliquum diem fortiùs inſtauremus; veſpere demum hoc idem præſtemus, ſed ſignato lapſuum numero, comparatíſque inter ſe temporibus, vt de profectu gaudendi ſegetem, vel de regreſſu, flendi habeamus; Hanc, inquam, formulam Sancti Patres, etſi variis ſparſam locis, totam tamen perfectè olim tradiderant. Nam de adnotandis quæ deliquerimus SS. Antonius, & Climacus monuerunt: de conferendis inter ſe progreſſibus vel damnis Baſilius, Bernardus, Dorotheus. De ſuſcipiendâ tractim & per diei partes emendatione, Chryſoſtomus, Ephrem, itemque Bernardus; quod dici non poteſt, quantum infirmitati noſtræ conueniat, cui non ita videtur arduum abſtinere ſe ab aliquo lapſu per dimidium tantùm diem, vt non id commodè exequatur, ſumatque inde maiores ſpiritus ad aliud atque aliud maius interuallum pari innocentiâ traducendum; quod deſperaret ſe facturum, ſi cogeretur propoſitum animi in vitam omnem extendere. Sic frater Iuniperus ſex menſes dicitur

Zozim. lib. 1. hiſt. trip. cap. 1. Niceph. liu. 8. c. 4.

Serm. 1. de abd. & ſpec. monach.

Doct. 10.

Part. 2. 6. 6. cap. 88. hiſt. min.

Digitized by Google

ſuauiſſimè ſiluiſſe, primum diem Patri, alterum filio, tertium Spiritui ſancto, alios Sanctis ſigillatim diuerſis, alioſque paulatim conſecrando.

2. Iuuat prætetea correctionem quàm maximè, ſi dolori mouendo, confirmandóque noſtro emendationis decreto, diu multumque inſiſtamus, nec tam computandò culparum numero, quàm earum deteſtationi partem meliorem examinis demus. Eſt enim hoc robur, & efficacitas, hic neruus noſtrorum examinum, tum ad præfocandas quas admiſimus culpas, tum ad præcauendas in futurum. Quæ cauſa eſt etiam, vt peccatorum confeſſio; quos debet fructus vitæ ſanctioris perſæpè confitentibus non edat, repetentibus nimirum eadem delicta quæ ſummis tantùm labiis damnarant: qui ſi acri dolore mentem caſtigaſſent, longum, & acerbum pœnitere, ac erubeſcere, toties tanti non emerent.

TERTIA PARS.

De examine generali.

1. GEneralis verò examinis quod ferè obiri cum particulari conſueuit, notiſſima ſunt quinque puncta: hoc ſolùm moneo, temporis partem ei deſtinati, ſecundam & tertiam duobus vltimis capitibus quæ in dolore prouitando, & ſtabiliendo emendationis propoſito ſita ſunt, tribuendam: Primam reuocandis in memoriam admiſſis, & (quod ſubtili eget ſolertiâ) ipſorum radice denudandâ; nam gratiarum actio pro beneficiis diuinis, & lucis internæ ad peccata cernenda petitio, non tam partes ſunt quàm breuis apparatus ad eum dolorem, & fixam deliberationem emendandi, quæ iure ac verè dolueris. Si cui verò apparet breuius quod ad introſpiciendam conſcientiam tempus aſſignamus, attendat imprimis, qui gerunt aſſiduam ſui curam, errorum facilè reminiſci; Deinde S. Ignatium ſolitum quot horis

conſcientiam breuiter luſtrare; multos autem vel poſt vnamquamque actionem, aut ſaltem poſt prolixiores, vt penè iam paratum animum dolori excitando ad examen adferrent, præſenti ſcilicet peccatorum memoriâ inſtructum.

2. Poſtremò hanc correctionem, ad quam omnis eſt promenda contentio, præter execrationem culparum ſeriam, ratúmque cauendi conſilium, mirificè promouet voluntariæ pœnæ ſuſcepta ſponte punitio, quam S. P. Ignatius & auctor fuit cæteris adhibendi, & adhibuit ipſe Sanctorum veſtigiis inſiſtens: Hac enim mulctâ caſtigatus animus, euadit cautior, eiuſque deinceps metu ſapit; hoc ſuorum labore ac gemitu mollitus, materna Deus vbera iis nudat; hac vi à nobis rem agi opus eſt, contra exitioſum hoſtem noſtrum, illud ſcilicet vitium, quod ſalutem noſtram grauioribus periculis obiectat. *Aduersùs illud*, inquit Caſſianus, *arripiat principale certamen, omnem curam mentis ac ſollicitudinem erga illius impugnationem, obſeruationemque*

lib. 5. c. 10. Vitæ.

Daniel. 10. 12.

que

que defigens; aduersùs illud quotidiana ieiuniorum ſpicula, contra illud cunctis momentis ſuſpiria crebraque gemituum tela contorquens, aduersùs illud vigiliarum labores ac meditationem ſui cordis impendens, indeſinentes quoque orationum ad Deum fletus fundens, & impugnationis ſuæ extinctionem ab illo ſpecialiter, ac iugiter poſcens. Addamus & crebram Auguſtiſſimi Sacramenti, Virginis, Angeli Præſidis, Sanctorum inuocationem idque pro certo habeamus; vix quidquam nobis remedia reliqua contra morbos animi collatura, niſi quod ex huius eorum inuentoris, diſpenſatoris ac Magiſtri, examinis, inquam, cenſurâ perceperint.

De voluntate noſtra ex diuinæ arbitrio fingendâ.

Caput VIII.

CVM diuini ad homines aduentus cauſæ omnino duæ

extiterint peccati remedium, & viuendi exemplum, quorum alterutro ſalutis negotium carere non poterat, vtrique Chriſtus abundè inſeruiens, copioſo, exuberantíque pretio nos redemit, & nihil æquè verbis, factíſque inculcauit, quàm eſſe penitus voluntates noſtras ad Diuinæ nutus effingendas.

Pars Prima.

Qualis ſit & quanti noſtræ cum Deo voluntatis perfecta conſenſio.

1. HOc tanti Auctoris, præceptoriſque documẽtum duobus nititur veluti cardinibus; vno quidem, vt idem cum Deo velimus, ac nolimus, quod eſt mandatum omnium maximum & ſummæ omnium abſolutio charitatis; Altero, ſi peccatum demas, nihil poſſe planè, niſi Deo volente, nobis accidere; quin ipſas quoque actiones, quibus malitia hominum prauitatis ſuæ maculam inurit, à Deo pendere, cum effici nequeant,

Digitized by Google

queant, niſi ſuppeditante illo vim actuoſam, quâ boni vtuntur ad virtutem, ad crimen perditi abutuntur. *Bona & mala, vita & mors, paupertas & honeſtas à Deo ſunt*: ab eo fortium exitus, paſſerum caſus, conuitia Semei; Abſalonis probra; quin & vexatio arreptitij Saulis, qui malo propterea Domini ſpiritu dicitur agitatus; & ſuam Iobus deprædationem cruciatuſque in ipſum Deum, non in Dæmonem referens, *Dominus*, inquit, *dedit Dominus abſtulit*; eſtque prorſus caninum, ſi ab aliquo icti, omiſſo cædentis brachio, lapidem rabidi mordemus.

Eccl. 12. 14. Prou. 16. 33. Matth. 10. 29. 2. Reg. 16. 4. Reg. 12. 3. Reg. 10. Iob 1. 21. *S. Auguſt.* Pſ. 31.

2. Cùm ergo omnium ſit author Deus, de illius manu & quidem paternâ omnia nobis accipienda ſunt, nihil vt caſu factum, vt dolo verſatum, vt cupiditate vel odio conſcitum: hæc eſt vera illa quam Sancti prædicant, & perfecta noſtræ abdicatio voluntatis; hæc plena & integra noſtrarum perturbationum motuumque prauorum victoria; hoc noſtri ſacrificium quo nullum gratius Deo ab hominibus offertur; ſine quo

 perinde

Digitized by Google

perinde apud illum omnia noſtra penitus fruſtra ſint, vt apud nos, ſine ipſo Deo, prorſus nihili futurum ſit quicquid à Deo eſt conditum; hæc ſumma charitas, & ſupremus in Deum amor, qui tantò fit maior, quantò vita noſtra voluntati diuinæ ſimilior.

3. Hæc iam inde in terris cælorum tranquilla felicitas, iuſtitia, gaudium, Antonij, Franciſci, Ignatij, acquieſcentium crucibus quas imponebat Deus eâdem fronte, vt ſi roſas & mella porrigeret, Chriſtiq; ipſius admirabili exemplo (ſi quidem vt Iob 10.16 Iobus mirabiliter cruciabantur) in atrociſſimis tormentis alacri pace fruentium: alibi nunquam pax certa eſt, cùm poſſit, quæcunque ſit, inuitis auferri, & iacturæ metu angere non ceſſet ſollicitos. *Qui vult gaudere de ſe, triſtis erit, qui autem de Deo vult gaudere, ſemper gaudebit, quia Deus ſempiternus eſt.* (Auguſt. tr. 24. in Ioan.) Hinc illud Deicolæ Abbatis riſu continuo renidentis, quia, inquiebat, Chriſtum à me tollere nemo poteſt. (Eccleſ. 5.9) Non impletur auarus pecuniis, cùm non ſint

ſint iſtæ naturalis animæ cibus, quæ ita (ô bonitas!) facta eſt capax maieſtatis tuæ, vt abs te ſolo, neque ab alio poſſit impleri. O prærogatiuam religioſi ſtatus, vbi ſemel cum Deo mutatâ voluntate, Dei voluntatem quaſi noſtram nunquam non explemus, cum interea Principum aulici ex alienâ fame, ſiti, voluptate, libidine, odiis, edant, bibant, diſcurrant, viuant, iraſcantur, non dicam ob corruptibilem coronam, aut vilem nummum, ſed ſæpe, vt miſerè degant, vel miſerè pereant.

Bernard. tr. de dilig. Deo c. 3. Auguſt. ſolil. 30. Doroth. doctr. 9.

4. Accedit quod iſte noſtri arbitrij cum diuino conſenſus vbertati donorum cæleſtium eximiè nos aptat, vnde vas electum mox futurus ad portandum coram Regibus IESV nomen, priùs Deo ſe totũ cõmittens, *Domine*, ait, *quid me vis facere*, & S. Ignatius ſacris meditationib. exercẽdos, optat ſic affectos ad eas aggredi.

5. Demum hic theſaurus margaritas habet omnium virtutum quæ parantur quidem propriis actibus, ſed hi diuina voluntate vel ſuadentur, vel iubentur.

6. Ob

6. Obiectas denique perplexè ab callidiſſimo tentatore conditiones incertas atque difficiles hac viâ ludimus, dum nos quicquid poteſt euenire, excepturos à Deo reſpondemus, quicquid acciderit, nunquam ab illius voluntate ſanctiſſimâ, vel latum vnguem receſſuros; hoc fuit illud præpotens arcanum, quo apud Cæſarium Monachus etiã neſciens ad contactum veſtis plurimos ſanaſſe memoratur; quo mendicus, quem Bloſius narrat, penuriâ rerum, labore, iniuriis paupertatis ac temporis velut ab Deo miſſis iucundè perferendis, ad magnam euaſit ſanctitatem; quod monſtrauit Deus cuidam Virgini expoſtulanti de facilitate qua illorum audiebat vota, non modò pro quibus ipſa ſupplicaſſet; ſed & quorum preces oblita eſſet illi commendare. *Qua die*, inquit, *tuam mihi, eodem tibi meam tradidi voluntatem, ac licet nihil ex me requiras, vbi quid tamen cordi tibi fore intelligo, ita conficio, vt fieri maximè optaſſes.* B. Martinum Seuerus Sulpitius nunquam mœſtum, nunquam iratum vidit,

Lib. 10. Dial. c. 6.

In append. ad inſt. Spirit. c. 1.

Taulerus ſerm. 1. de circum.

dit,quod,quicquid incideret,totus in omnibus ex Dei nutibus penderet.

Pars Secunda.

Quo incitamento diuinam in omnibus voluntatem iucundè amplectamur.

1. QVam animi comparationem, amoremque diuinæ voluntatis nobis parabimus ſi hoc ſtatuamus, nihil poſſe planè nobis euenire, niſi ad nos per mites parẽtis optimi, propitiaſque manus transfundatur; poteſtatem nocenti; calicem bibenti, vires ſuggerit lapidanti; & ſi Pilatus cum gentibus, & populis Iſrael aduersùs Chriſtũ conuenerint, quocunque id conſilio fecerint, certè hoc vnum facere potuerũt, *quod manus tuæ*, ô Deus *&* *conſilium tuum fieri decreuerant*, nec ante præfixã hoc decreto horam, tenebrarũ furor ſæuire in illũ valuit: Ad hæc illud nobis perſuadeamus, non modò quæ accidunt, ſeu læta ſint illa, ſeu triſtia, proficiſci à Deo, ſed in vtilitates noſtras, & animi commodum immitti, eſséque hoc

Ioan. 18.
Act. 4.
Ioan. 10. 31. & c. 7. 30.
Luc. 22. 53.

inter

inter damnatorum pœnas,noſtraſque diſcrimen, vt illæ ad merum ſupplicium, hæ ad ſalutis remedium inferantur. Quare id quiſque continuò reputet, audire ſe Chriſtum & videre,mœrores,lætitiam,ſudores,officia, ſtationes, itinera, commorationes, omnia veluti filio maternâ dexterâ offerentem. adhortantemque; hoc, fili,cupio, mea causâ feras,obeas,cures,perficias.

Pſ.5.13. Pſ.20.5. Pſ.30.21. Pſ.16.8. Rom.8.32 Iſai.46.3. Iſai.49.15

2. Nam, quid eius ſcuto inuiolabili circumſeptis;quid in abſcondito tabernaculi penetralis, imò faciei, pupilli inſtar tutò clauſis: Quid emptis Filij pretioſiſſimo ſanguine, adſcitiſque cum illo in paternam ſollicitudinem, tutelam ac hæreditatem poſſit veri mali contingere? filiis,inquam, qui portantur; ab vtero eius, quoſque vt obliuiſcantur matres,non poteſt ipſe vnquam obliuiſci: hunc pacis quietæ dormiebat ſomnum Vates ſanctus in ſpe ſingulariter conſtitutus; hunc inter Dæmones ferarum ſpecie armiſque terribiles magnus Antonius,hunc B.Gertrudis,ne peccatorum quidem conſcientiâ concuſſâ

Pſal.4.9.

Bloſ.c. 11. monil. ſpir.

ıſſa, nedum periculis & calamitati-
ıs; confiſa fore, vt ſibi omnia in bo-
ım diuina prouidentia verteret.
ınctæ verò Metildi aperuit Deus,
ɔi admodum acceptos, qui bonita-
s diuinæ fiduciâ humili, nihil non
ɔi ſponderent; nec poſſe fieri, vt
ɔn obtinerent quicquid ſanctè ſpe-
ſſent, cùm Deus ad id conceden-
ım promiſſione ſua teneretur. Io- Gen. 41. 29.
phi fratres in ſaccis repoſitam per-
luti frumenti pecuniam, tametſi
ıudis ſuſpectam haberent, ad Deum
men retulerunt: Iacob & Ioſe- Gen. 33. 5
ıus, quos ſuſceperant filios Deo ac- Gen. 48. 9.
ptos tribuebant; obuiam ſibi Abi-
ıil Nabalis coniugem à Deo miſ-
m agnoſcit Dauid; quin de fratrum 1. Reg. 9. 16.
ıoque inuidia, diuini peritus conſi-
Ioſephus. *Vos cogitaſtis*, inquit, *de* 2. Reg. 9. 16.
e malum, ſed Deus vertit illud in
num, &c. Et, *non veſtro conſilio, ſed*
ei voluntate huc miſſus ſum. Quid
tem illud de Saule, inueſtigaturum
rantes aſinas dum pater mittit,
ofitetur Deus inaugurandum re-
ıo ſe mittere; non ergo caſu erra-
nt aſinæ, non caſu factum, ne inue-
nirentur,

nirentur; nec fortuita fuit pueri comitis de conſulendo vidente, ſuaſio.

3. In iis ac ſimilibus, quicquid cæcutiunt, palpant, experiuntur hominum curæ incertæ, ac timidæ, certis tamen viis ac finibus Dei perſpicax oculus, & certa ſapientia diſpenſat, nugíſque non raro ac tricis vtitur de noſtra infirmitate ſumptis, & ad mouendam ipſam, cui ſunt cognatæ, idoneis, vt in religioſas familias cum ſuauitate pelliciat, quos incitamentis ſuperioribus videt ceſſuros nó fuiſſe. Itaque illi merentur peſſimè de vocationis diuinæ gratiâ, qui vt falsò negent à Deo profectam, carpunt occaſionum eius leuitatem, maluntque illis, quàm earum auctori ac moderatori vocationem ſuam tribuere, vt eam ſecuriore ſacrilegio eiurent. Plena eſt ſacra hiſtoria, pleni annales Eccleſiæ talibus exemplis, Dei nimirum optimi, ac ſuauiſſimi per inanium hominum diuerſa ſtudia, & ſæpe improba, voluntatem ſuam ſanctiſſimam, & æquiſſimam exequentis. Ægrè tulerat Clemens tum primum Chriſtianus, reiectam poſt triduum

duum cum Simone Mago B. Petri pugnam; Petrus tantulâ in re grauem ſermonem inſtituens inter alia monuit, ſolitos mœrere Ethnicos, cum aliter ac vellent aliquid veniret, Chriſtianos verò trãquillitatem mutare nunquam, guaros à Deo omnia diſponi, & eius vbique expleri mentem, fore autem, vt opportunitate huius moræ fieret Inſtructionis Chriſtianæ, quam ex ea pugnâ expectabat, diſcendo capacior: Franciſcum Xauerium Deus in Indiam, homines aliò deſtinabant; ſtetit, vt par erat, Dei conſilium, & ægrotanti Bobadillæ; primùm in Luſitaniam, poſt paulum in Indiam eſt ſuffectus. Mira quotidie in hoc genere videmus, quibus vehementer iubemur *omnem in Deum ſollicitudinem proiicere quoniam ipſi cura eſt de nobis*; Chriſto aſſiduè cuique inclamante quod olim Senenſi Catharinæ. *Cogita tu de me, & ego cogitabo continenter de te.* 1. Peter. 5. 7.

4. Cùm ſit hic igitur perfectionis noſtræ cardo, diuinam in omni re adamare, venerarique voluntatem, ſunt tamen circa hoc duo aduertenda;

da: Alterum eſt, aduerſis temporibus id eſſe præcipuè factitandum; ſecundis enim nemo eſt ferè quin libenter præſtet, ſed in æſtu malorum, & moleſtiarum anguſtiis, pluris eſt ſemel,
M. Auila 2. ep. fol. 20. Deo gratias, dixiſſe, quàm ſexies millies in rebus proſperis; decet verò nos in vtriſque verſari æqualiter & eoſdem eſſe, vt eſt eadem manus, vel in
Auguſt. ad fratr. in her. ſer 4. palmum extenta, vel contracta in pugnum, Alterum paucos reperiri, qui ſe non promptos exhibeant ad capeſſendos Dei nutus, cùm generatim proponuntur; verùm ad ſingula deueniendum eſt, quæ communem iſtum ad omnia pietatis impulſum aſperitate aliquâ propriâ retardant, inſiſtendumque tamdiu aſperitati complanandæ, dum ſe animus Deo patienter primùm, deinde non ægrè, tandem cum voluptate ſubiiciat, di-
2. Cor. 7. 4. catque cum B. Paulo, *Repletus ſum conſolatione, ſuperabundo gaudio in omni tribulatione*, & cum cæteris
Act. 5. Apoſtolis, gaudeat *pro nomine* Iesv *contumeliam pati*.

TERTIA

TERTIA PARS.

De voluntate Dei, in tenuitate valetudinis miniſteriorum; Talentorum, virtutum, æternæ gloriæ, amanda.

1. EXploremus loca, miniſteria, occupationes, à quibus auerſiorem animum ſentimus, & voluntatis diuinæ argumento vrgere illum, tundere, & exſtimulare non prius ceſſemus, quàm eodem vultu, parique affectu locis, muneribus, ærumnis, rebúſque omnibus occurrat; imò, vbi par eſt diuinæ gloriæ ratio, abiectiora quæque & moleſtiora complectatur, nec tuendæ illicio valetudinis, aut vitæ, quam ob lucrum vile paſſim contemnunt mercatores, nec priuatis ſpebus fructus in proximos edendi, quæ ſæpe nos fallunt; nec maioris diuinæ gloriæ ſtudio, in Dei voluntate quæ ſumma eſt ipſius gloria, vbique rerum ac gentium, optandâ & amandâ teporem ſibi obrepere,

repere, aut pigra tædia patiatur. Mirum quidem quod S. Ignatius Iacobo Laynio Indiarum cruces expetenti dixiſſe traditur, ſe quidem nihil propriè optare, ac ſi tale quidpiam ſentiret impulſurum deſideria ſua in oppoſitam partem, vt ea, in eius quam vouerat perfectæ obedientiæ æquilibrio locaret. Quid hîc illi mutire audeant, qui fumum, & ſolatiola in habitationis delectu, & officiorum quærunt, & quæ fecit ac tulit Chriſtus Deus, vt Patris impleret voluntatem, ipſi homines Chriſtiani ac Religioſi, & erubeſcunt, & fugiunt.

lib. 5. c. 4. Vit. S. Ignatij.

2. Hominis eſt ex Dei obſequio perfectè ſuſpenſi optionem cunctorum quæ ad ſe pertinent, adeò fidenter illi committere, vt nec ſcire velit, quid ſe facturus ſit, quos ſe in caſus, expeditiones, curas ne miſſurus, ſed intentâ in illum acie, accinctum animo nutus illius opperiri; gaudere ingenij, memoriæ, iudicij talentis humilibus; non plus aliquid eſſe velle, quàm Deus hunc eſſe voluit; cogitare, in ſcena non laudandum Actorem ex perſona, ſed ex geſtu, & voce, licet

Irum,

Digitized by Google

um,aut coquum geſſerit;imò vitu-
:rari magis,qui prætextatos, & Re-
s niſi mediocriter non egerunt;fo-
que abſurdum in corpore, ſi pes
nbiat caput eſſe,cum vtrique ſpiri-
s planè idem,motum, ſenſum, vi-
nque ſubminiſtret; ſepoſitis deni-
.e rationibus priuatis acquieſcere
nſtanter in omni vitâ Dei volun-
:i prouidentiſſimè ſingula etiam
inima moderanti.

3. At teneris affixus lectulo; fati-
s, & oneras totam Domum quæ-
ndis morbo adhibendiſque leua-
nibus; prodes interea nemini; nul-
n ordinem tenes religioſæ diſci-
næ; communem cum aliis viuen-
modum obſeruas nullum. Eſto;
,ſi Deo ſic placet; malè ſentis de
s fratribus,ſi quæ Deo placent, &
tutem formant,aut poliunt, putas
ɔrum charitati moleſta & grauia.
in, *Nemo melius ordinat, quid* *Aug lib.de catheck. rudib.c.4.*
it, niſi qui paratior eſt non agere,
id diuinâ poteſtate prohibetur,
àm cupidior agere quod humanâ co-
ıtione meditatur, hoc vnum abs
nunc poſcitur, vt æquo animo
morbum

morbum feras. Et eſt æquius, vt tu Deo, quàm ipſe tibi morem gerat: non eget ille operâ tuâ, ſed patientiâ delectatur; Et facis quidem animosè, quod, vt ſaucius miles, dum alij pugnant, plus doles, quod nequis in acie ſtare, & fomentis carere, quàm quod morbo & doloribus torqueris. Sed eò demum redire opus eſt, vt Dei voluntatem credas vtiliorem quibuſuis ſtudiis, & hanc præ omnibus adores: ex eius manu, morbi donum; ex eâ errores medicorum, & miniſtrantium; ſanitatem ex eadem magis, quàm ex eorum curatione diligenti & peritâ expectato. Quibus autem animum credidiſti, ſecurè iiſdem, omiſsâ tui moroſâ ſollicitudine, corpus committito, quos ſi fortè aliquid fefellerit, in iis quæ tibi debentur officiis, non iis magis hunc Tob. 2. 12. lapſum, quàm hirundini, Tobiæ cæcitatem, ſed voluntati diuinæ aſſignato, benigno conſilio hanc tentationem permittenti.

4. Ne ipſam quidem mortem tibi aliâ lege differri cupias, quàm ſi Deo ita placuerit, maximè cùm illam tibi

expetendam,

Digitized by Google

:petendam,& dulcem faciant,quæ-
:nque reddunt mundanis terribi-
m.Quin eam quoque vt remedium
alorum non ſolùm potes expetere,
d laudabiliter,& grandi cum meri-
à Deo precari,velut tutum ab nau-
ıgiis portum , finem offenſarum
equentium , vitiorum ſepulturam,
rtutum ſuſcitationem ; potiſſimùm
rò ſanctorum dilecti conſpectuum
nciliatricem ; quem ſupremum
nandi Dei S.Bonauentura, gradum
onit.Communes verò Eccleſiæ cla-
s,vt ſunt,peſtilitates, bella , ſterili-
tes anni,& ſimiles,quarum ſpecta-
lum nonnullis eſt morte grauius
res non ſolùm dolenter, quod cha-
atis eſt,patienterque,quod religio-
s;ſed amabis etiam,quod Beatorum
,& cum volẽte illas Deo , eaſdem-
ıe ob cauſas, etſi tibi occultas , ipſe
riter voles , nec indignabere hiru-
ni noxio tuo ſanguine ſe ingurgi-
nti , ſed medici manum deoſcula-
ris, & lenes parentis optimi,bene-
áſque iras ſupplex coles. Quod ſi
iſtes caſus,tum priuatos tuos , tum
opulis integris communes , tuis

Ambroſ. de Bono mort.c.4.

lib.2. moral.c.32.

peccatis attribues, nec à vero (quot enim Achani ſacrilegium perdidit) nec ab ſanctorum imitatione aberrabis; id enim fecit inter quamplurimos Senenſis Catharina; feres præterea leuius, quorum tute ipſe te cauſam agnoſces, ac Deum faciliùs placabis; *Dolor quippe flagelli temperatur, cum culpa cognoſcitur*; Et ſi hæc intus ſentitur perfectè, vtique exterior pœna parum aut nihil ſentitur; eſtque illa vox frequens in ore afflicti pœnitentis; *Peccaui, & verè deliqui, & , vt eram dignus, non recepi*, probéque aduertit, dilectum, vt filium vnicornium, non taurorum more cæco cornu, ſed prudenti, vulnera incutere, nec alio quàm quo inferuntur, telo perſananda.

Greg. 10. mor. c. 8. Bern. ſerm. de alt. & baßit. cord. Iob. 33. 27.

5. Superſunt bona quæ quod ad animam pertineant & Dei rationibus adſcribantur, malè vulgò putantur poſſe abſque vllâ voluntatis diuinæ conditione quæri, & vrgeri. Naſcitur itaque hinc mœror querulus, & inquieta iactatio longas dolentium repulſas ab oratione, in quâ ſibi videntur ſaxorum inſtar, & ſtipitum agere;

gere; ad tenuitatem virtutis,& pro-
ectus interioris abiicientium ani-
nos,& robur; gementium denique
vilitatem præmij, quam ſibi præſa-
iunt in imis cœlorum ſubſelliis fu-
uram: At hæc etiam vota omnino
unt reprehendenda, niſi ea ex Dei
arbitratu quemadmodum cætera
metiamur. Primum enim is rerum
cæleſtium qui percipitur orando ſa-
por,quanquã nos ab infimis attollit,
facit alacriores ad fortia; ſed eſt ferè
gulæ non minus immodicæ,ſi præter
eius dulcedinem nihil optetur,quàm
ſit vna ex ſomno ac cibo quæſita
ſenſuum delectatio.Addo,recta men-
te licet expetatur, non tamen anxiè
cupiendum, ſed ita ſedato animo, vt
tam Dei negantis obſequio quàm
concedentis acquieſcat. Quod idem
aſſero de totâ orandi, meditandique
ſummâ: ſit ſanè cœlum tibi ferreum
ſurſum, terra ænea deorſum; ſed ita
fieri Deus probat, quod vnum tanti
eſt, vt eius comparatione abiectiſſi-
mum ſit quicquid in terris, & in cœ-
lo blanditur; quicquid autem eſt
vile,ac amarum, ob hoc ſolùm exop-

 tatiſſi

ratiſſimum, ac præſtantiſſimum euadet, quod Deo arrideat. Ah! ſcirem vtinam ita rem habere, ac poſſem, inquis, confidere, nullâ meâ culpâ, ſed Dei volentis iudicio ab oratione me arceri, foret hæc mihi omnium loco illius ſanctiſſima voluntas. Eſto, inquam, tuâ culpâ id fiat, ſiue negligentiæ præſentis, ſeu præcedentium peccatorum, quid inde? non feras alacriter ſempiternos ignes, quos te fateris non ſemel commeritum, cum hac tibi pœna commutari, tibique ad Deum præcludi aditus, quos illi ad te toties clauſiſti? Attende quantorum ſis reus, & querimoniis ſuperſedens, pro magna gratiâ ducito, quod te ſua domo, familiâ, conſpectu, officiis diuinâ miſericordiâ dignatur: dole culpam, ſed pœnam complectere nempe à Deo conſtitutam; aduerte patri acceptiorem filium ſe præbere, cui quidlibet ſatis eſt, quàm cui nihil ſapit, aut ſufficit; mendicum diuiti modeſtum, ſilentem, verecundum; quàm clamoſum, querulum, & effrontem. Demùm quos optimos & pretioſiſſimos ſperaſſes theſauros, en

tenes

tenes illos præ manibus, dum contrà quàm velles tibi meditatio procedit, patientiam videlicet, amorem diuinæ voluntatis; & quæ in ſublimi contemplatione tam ægrè retinentur, vt carnis ſtimulo Apoſtolus ad hoc quoque eguerit, contemptum tui, & abiectionem; quæ fuit, opinor, viro prudentiſſimæ ſanctitatis dicendi cauſa, præferendam videri cæteris eorum ſortem, quos Deus totam penè vitam cœleſti priuat conſolatione, dum ne fide ac patientiâ deſtituerentur. Si vna ſuperbum te facit lacrymula, ſi tui fiduciâ tumidum, & ſecuritate nimiâ ſupinum; contra illæ quas pateris orando probroſæ, væcordes, perfidæ cogitationes, humilitatis tuæ, diligentiæ, timoris ſancti, diuinæ opis te validè admonent; ecquid vides iſtas Dei beneficio tibi accidere? Porrò ille quem ſentis ex iis dolor, & ex infelici orationis tuæ curſu, vndenam oritur, niſi ex amore erga illum, cui ne per iſta diſpliceas, vereris. Hoc ergo tibi gratulare deſiderium placendi Deo, & ſtandi duntaxat coram

Auguſt. Hieron. Gregor. M. Auila tom. 2. ep. fol. 22.

illo munus, cuſtodiendique propter ipſum precatorium cubitale, nec te vllo feras animi angore, ac tumultu ab orandi ſtudio auelli.

6. Quod de gratia meditandi huc vſque dictum eſt; hoc de caſtimonia, paupertate, virtutibus cæteris, & animi bonis pariter ſentiendum; ac dolendum quidem quod minorem iis quàm par foret, diligentiam tribuamus, cæterùm tranquillè eorum menſuram Deo relinquamus; ſunt enim variæ in domo Dei manſiones, in cœlo ſtellæ, membra in corpore: inſudandum eſt continuis profectibus, virtutique in dies augendæ, at ſi minus quàm velles aſſequeris, hærebiſque fortaſſis etiam infra mediocres, placidè à Deo quod dabitur capies, danti gratiam habebis, quòd vel hoc dederit immerenti, & tuas ſaltem tibi animi notas, miſeriaſque manifeſtet earumque inflammet deteſtatione. Neminem fuiſſe inter ſanctos reor, quin eſſe optarit melior, ſed deſideriis minimè turbidis aut arrogantibus, nec tam vt eſſet votorum compos, quæ modum plerunque nullum ſeruant,

M. Auila c. 23. Audi filia.

ruant, verùm vt numini gratior, nius vnius ſententiæ ſua ſubiicie- int vniuerſa. Aiunt S. Bonauentura, erſon & alij, multos virtutum, qui- is carent, ardenti ſtudio plus Deo acere, quàm ſi eas reipſa poſſide- nt; modeſtâ quippe, ſtrenuaque aſ- duitate iis inſudantes, quas adepti, benter ceſſarent, vel inſoleſcerent. num tantummodo hîc latet pericu- im, cui ne noceat inuigilandum eſt, on enim à Deo ſic expectare oportet mnia vt cancellatis interim brachiis tiemur, ſed pro virili noſtra op ri mul inſiſtendum.

Opuſc. de perf. relig. libr. 1. c. 33. Tract. de motu contempl.

7. Adhuc videtur ſuperioribus ceſſe, vt æternis etiam in bonis, Dei nius voluntatem, noſtrâ ſepoſitâ, di- gamus. Eſt hæc Beatorum in cœlo uſtitas, non tam ſuas in ſua gloriâ uàm Dei rationes, voluntatemque ectantium, præter quam, velle nihil oſſunt; hæc ſumma in terris San- orum hominum cum Deo coniun- io, cùm ei nihil maius poſſint con- crare, quàm vt ſummis quoque ſius donis nolint aliter frui, niſi o modo quem ipſe deſcripſerit;

malunt itaque repentè de medio tolli, ſi Deus id malit, & in regnum eius minores ingredi, quàm ſi minus velit diuturnis multorum annorum meritis excelſiorem gloriam adipiſci: malunt cum S. Ignatio ſalutis incerti diutius viuere inſignem Deo aliquam operam præſtituri, quàm, eâ omiſsâ, felicitatem certam mox conſequi; quin hoc etiam pacto futuros ſe ſperant, tantò ſalutis tutiores, quantò Dei cauſâ, qui vera eſt ſalus & ſumma bonitas, ac liberalitas, eius eſſe intuti delegerint.

Lib. 5. Vitæ cap. 2.

8. Ad extremum illa maximè ſublimis, & perfecta beatorum æmula ciuium, voluntatis noſtræ cum diuina iungendæ induſtria vt ſolet ab Sanctis, ſic debet à nobis vſurpari: Defigamus frequenter aſpectum mentis, in pulchritudinem illam, bonitatemque infinitam, præ quâ eſt deforme ac laboris plenum quicquid hîc laudatur, & delectat, in ſapientiam, æternitatem, potentiam vnâ vndequaque immenſitate circumſcriptas; tum ad hoc tantum, támque admirandum ſpectaculum inceſſamus.

Digitized by Google

inceſſamus lætitiis omnibus, gaudeamus, gratulemúrque Deo infinitatem ſuarum, ac innumerabilitatem opum; geſtiamus animo, exiliamúſque quod tantus ſit, proborum more filiorum, qui patrum glorias, imperia, maieſtatem, non ſuâ ſed patrum gratiâ miris gaudiis proſequuntur: hic eſt ſupremus in Deum amor, per quem Deo id verè cupimus, quod cupit ipſe ſibi ante omnia, quo nihil poteſt optari melius, cuius præſentia non tantùm beantur ſuperi, ſed & ipſemet Deus; hæc perfectiſſima occupatio de Beatorum ſumpta exemplari, qui hoc vnum in cælis agunt, vt in Deo optimo maximo gaudeant, exultent, lætentur, glorientur. Hæc perpetua Va-is ſancti, toto ſacrorum cantuum lecurſu, hæc quotidiana iubilantis Deo Eccleſiæ adhortatio; quoniam Deus magnus Dominus & Rex magnus &c. Patriſque ac Filij, & Sancti piritus gloriam intercalari carmine elebrantis. S.Thom.2 2. q.28. art.5. Exod.25. 40.

9. Hinc licet quoque modum diſcamus, quo Chriſti humanitatem adorandam, quo Beatiſſimam

Dei Matrem, quo Sanctos Præſides, & quorum natales colimus, perfectiſſimè diligamus, propoſitis ſcilicet, ob mentis oculos illorum virtutibus, meritis, dotibus, gloriâ, maieſtate; deinde animo in Societatem gaudiorum, quietis, voluptatis, feſtorumque affectuum quos tot ex diuitiis percipiunt, vbertim effuſo.

De mortificatione.

CAPVT IX.

SITA eſt huius virtutis ſumma in emendandâ prauitate, per peccatum vetus in naturam hominum inductâ: hæc enim eſt homini atque in homine deſertæ obedientiæ inflicta pœna, vt viciſſim ei ne à ſeipſo quidem mos geratur, ſed corpus, & fauens corpori facultas, cupiditatum iræque adminiſtra, æternis odiis ab ratione diſſideant. Excidimus heu! ſtatu illo beato miſeri, quo primæ conditionis integritas rectà in Deum ac facilè non ibat tantùm, ſed ſuauitate incredibili trahebatur;

Aug. l. 1. cont. aduerſ. leg. c. 14.

tur;

tur;nunc,poſt expiatum animũ ſacro fonte; manet tamen deterſi criminis ſuppliciũ;nunc obſtant libidines,nũc corpus animam aggrauat,nunc quod volumus bonum non facimus, quod auerſamur malum hoc agimus; caligat mens ad cæli aſpectum; fatiſcit ad eius aſcenſum, & labat voluntas; gaudet per inania vagari, refuga volubiliſque memoria;fremit implacabili furore cupido impotens,& cæca, vt auulſum ab Deo animũ,vi,fraude, perfidiâ, ſibi ac ſceleri mancipet,nũquam vel leuiſſimè peccaturum niſi aliquid cuperet,aut horreret. Aduerſùm tot hoſtes de ſalute noſtrâ ſempiternâ capitali bello nobiſcum perpetuò decernentes,armamur à Chriſto,dum iubemur nos ipſos abnegare, crucem noſtrã tollere, atque, ô dulce imperiũ! præeuntis cum Cruce Ducis noſtri ponè veſtigia legere;quem ſequi non poteſt quiſquis à ſeipſo non ante receſſerit; hoc eſt Sanctorum robur, quo ſcelus, & inferi, quin & cælum,& Deus expugnantur,ipſique viris fortibus meliores, & domitoribus vrbium prædicantur.

Sap.9.19. Rom.7.19 Prou. 16. 32.

PRIMA PARS.

Quanti ſit pretij mortificatio.

1. PRimum quidem ſancta precatio quanti momenti eſt ad religioſam Chriſtianamque vitam, tanti ſit oportet mortificatio, ſine qua omninò Sancti negant poſſe precationem conſiſtere. Aſcenſionem ad magnas virtutes fruſtrà moliemur, ſi myrrhæ ac thuris fragrante fumo non ſurſum attollamur: fruſtra Deum crebrâ Domini appellatione mulcendum ſomniamus, ſi iuſſa ipſius aut conſilia detrectemus, nec altare incenſi ex cordis noſtri abſcondito, gratos odores expirabit, quin ſimul foris in noſtri corporis altari animales victimæ iugulentur; auulſi ab vberibus, & lacte, donantur intelligentiâ diuinorum; gaudet Patris ſapientia tranquillo hoſpitio, ſibique locum in pace metatur: Quæ quidem pax ita iuſtitiæ opus eſt, vt ſi non ames iuſtitiam, pacem eius amicam non ſis habiturus; prægrauatus enim animus laxioris

Bernard. ſerm. 59. ex paruis.

Aug. ſerm. 255. de Temp. Matth. 6.

Iſa. 28. 9. Pſ. 75. 3. Iſa. 32. 17 *Aug in illud I ſt. & pax oſculatæ ſunt.*

laxioris vitæ ac otij crapulâ,& famæ deſiderio ebrius, craſſiori vapore, ac imaginibus turbidis mentem opplet, nec ſinit in Chriſti gremio partem vllam quietis capere. Nihil quidem dulcius quàm cum Deo verſari, nec habet tædium conuictus illius, ſed lætitiam & gaudium;etenim facit diuerſitas animi ab Deo multùm abſimilis,quæ ſine moleſtiis & multo labore non tollitur,vt quaſi alligati ad ſtipitem catuli ſic ad diuina compellendi ſimus,nec alacris flamma beati amoris quicquid terrenum eſt abſumptura, in nobis accendi valeat, quin priùs indomitum illud ac viride crudorum affectuum, quod in nobis viget, multâ vi tandem areſiat non refert aqua intuentis vultum, niſi pura, & iacens, nec Deus corde niſi placido,& mundo concipitur,nec feſtam de nobis lætitiam animæ noſtræ præſidibus & ductoribus præbemus, donec eò virtute creuerimus, vt lacte depulſi, eſcâ tutò deinceps veſcamur.Denique nec Vates ſanctiſſimus ſanctoque ſtudio iratus diuinum reſponſum concipere ſe poſſe credidit,

Luc. 21. 34.

Sap. 8. 16.

Matt. 5. 8.
4. Reg. 3. 13.

credidit, quin pſalte accito commotum animum ſerenaſſet. At hæc vice verſa domandi ſui contentio, ad parandam orationi mentis domum pernecesſaria, oratione plurimum iuuatur, imò ex ea naſcitur tanquam generoſus & liberalis partus, matrique perſimilis, cùm ſit etiam ipſa meditatio frequens, carnis afflictio, & ex
Eccl. 12. 12. prece aut luctâ cum Domino, eliſum
Gen. 32. 24. feliciter Patriarcha Iacob, femoris neruum retulerit. Sed de hoc aliàs fuſiùs capite de oratione.

2. Addo nunc virtutem reperiri nullam, vbi nulla eſt mortificatio, & hanc eſſe tam certum illius indicium, & menſuram vt modũ religioſi
Lib. 5. cap. 10. Vita. progreſſus S. P. N. Ignatius mortificatione metiretur & B. Franciſc. Bor-
Lib. 4. c. 5. Vita. gia laudem perfecti Viri ſummam in
Iob 28. 13. ea ſtatueret. Non inuenitur planè ſapientia cæleſtis in terra ſuauiter viuentium; ſed quantum ipſi nobis vim facimus, tantum in illâ promouemus. Etſi enim ſuprema, & excellens virtus charitate in Deum tota conſtet, non autem hac ſui victoria; ſed dictum antea quod iuuat ſæpius dicere,

cere, non ardere in nobis illam charitatem, niſi acris pugnæ aſſiduo æſtu egregiè domitis; non ituros ſurſum amores noſtros niſi vilis ſaburræ tenaci luto, mortificationis manu expeditos, iámque blanda ſenſuum pabula, honoris inanias, priuati arbitrij ius omne Chriſti cauſâ exoſos. Siti ceruos flagrare memorant, ſed poſt necatos & conſumptos ſerpentes: *Conſume*, inquit S. Auguſtinus *ſerpentes iniquitatis; tunc amplius deſiderabis fontem veritatis*, *augmentum enim*, vt idem admonet, *charitatis, diminutio cupiditatis; perfectio nulla cupiditas.* O dignam igitur immortalitate profeſſionem Ioannis Abbatis, documenti ſpecie, diſcipulorum precibus importunis morienti expreſſam, cùm, ingemiſcens ille, *nunquam*, ait, *feci voluntatem meam.* Ob hoc ſcilicet vnum religioſis familiis nomen damus, nempe, vt veteri cum ſuis actibus exuto, nouum hominem induamus: ob hoc S. Bernardus candidatos ſuos admiſſurus, iubebat illos corpus foris relinquere, ſolum intrò ſpiritum deferre: idque antiquitus pro

in Pſal. 41 1.

Lib. 83. qq. 36.

Caſſ. l. 5. de inſt. renunt. c. 8.

Col. 3. 9.

pro comperto paſſim inter Monachos erat, haudquaquam diutiùs eum in Cœnobio duraturum, qui ſuas frangere non didiciſſet voluntates. Sed tamen vtcunque diſſimulabit ſuos næuos, quem vitæ ratio in ſepta Monaſterij concludit; quem verò in publicum miſit geſturum curam ſalutis alienæ, quo pacto euadet ſeruandis omnibus idoneus, niſi proculcatis affectibus propriis, fiat *omnibus omnia*, omneſque ſibi conciliet, vt reconciliare Deo poſſit; hoc verò quî tandem aſſequetur, niſi conſenſione mutuæ charitatis neque ſe nec ſua
1. Cor. 10. 33. ſed Chriſti, & multis vtilia quærentis ſuam cum multis ſodalibus, operam coniungat? Porrò immerſos cœno ac ſordibus quomodo intactus extrahet qui vitiorum in quibus hæret illecebras nondum in ſeipſo debellarit?

3. Accedit alius ignauiæ ſtimulus has contra ſe pugnas laboris metu fugientis, quòd ſit laborioſior mortificandi ſui fuga quàm ſtudium.
Aug. l. 1. Conf. c. 12. *Iuſſiſti enim Domine & ſic eſt, vt pœna ſua omnis inordinatus animus ſibi ſit:*

ſit : Nam quos cient tumultus elementa cum extra ſphæram coërcentur ; quos dolores oſſa natiuis emota commiſſuris, tales neceſſariò mouet indignans ſibi, culpæque, ratio cupiditatum iugo preſſa, factaque Deo perduellis, cuius in ſe imperij legitimos titulos agnoſcit, ac ſentit innumerabiles. *Quis enim reſtitit ei & pacem habuit ?* Aut quid in corporibus niſi humorum, affectuum verò in animis turbata proportio cruciatus parit, tum acerbiſſimos, tum lethales? *Cor impij quaſi mare feruens* perturbationum ſuarum aduerſis ludibriis iactatur, & quieſcere non poteſt. Vide ſis, quàm mœſtus, quàm eſſe abiectus, fractuſque conſuêris, poſtquam te iratiori verbo, factove permiſiſti; quàm meticuloſus, ambiguus, ſuſpicax, cum te vni aut officio, aut loco mutila tua, & ſordida charitas, mancaque obedientia defixerint. Verentem continuò, ne quicquid mouetur, dicitur, ſtabilitur contra rem tuam veniat, aut paretur, vt illâ, præter fas religioſi obſequij, malè adamatâ ſtatione tuâ depellaris. Quid iugis animi

Iob 9.

Iſai. 57. 20.

mi contractio, & morſus conſcientiæ reclamantis, quòd neglectis iis propter quæ ſola Deo te voueras, alia omnia ſequaris non modò inania, ſed triſte pabulum vſturis olim te ignibus datura. Has & generis eiuſdem moleſtias, tum coactas, tum ductas ex æternitate, quibus ſummè bonus, ſummè ſapiens Deus pigrorum vias ſepit, in lancem alteram impone: In alterâ ſtatue quicquid ſui victores laboris ſpontanei, breuiſque hauriunt; & tandem confice; num ſit iſtorum toto cœlo quàm aliorum inertium, multò iucundior, optabiliorque conditio?

Prou. 15. 19. Oſeæ 2. 6.

4. Iamque hinc non ægrè apparet, non poſſe cuipiam à Deo ſupplicium grauius infligi, quàm ſi ſuis illum impotentibus ſtudiis, ac libidinibus tanquam furiis permittat: ſic rebellem quondam ſuis imperiis populum, ſic Philoſophorum ſuperbiam agnito Deo infidelem, iuſto iudicio vltus eſt, vt velut deſperatæ ſalutis ægrotos ſecundùm deſideria cordis eorum dimitteret in ſuas effusè adinuentiones, & contumelias ruituros; nam

Pſ. 88. 12. ad Rom. 1. 22.

nam *qui ſuis*, inquit, B. Ambroſius, *neſcit cupiditatibus dominari, is quaſi equus rapiatur indomitus*, voluitur, obteritur, laniatur, affligitur, cuius pœnæ metu conterritus Salomon, ſic tremens orabat, *Domine Pater, & Deus vitæ meæ, aufer à me ventris concupiſcentias, & concubitus concupiſcentiæ ne apprehendant me; & animo irreuerenti & infrunito ne tradas me.* Certus videlicet eius quod ante præceperat, *Si præſtaret animæ ſuæ concupiſcentias eius, facturam ſe in gaudium inimicis ſuis.*

5. Et hic idem metus ſanctos viros in ſua corpora, voluntateſque proprias iris viuacibus incendit, velut in hoſtes quàm familiares & cognatos, quàm blandos atque inteſtinos, tam perfidioſos, crudeles, & ſanguinolentos, nullâ non die, nocte, horâ vel puncto temporis æterno vulnere animæ iugulum prementes. Iure itaque cum S. Bernardo vnuſquiſque noſtrum aduersùs hunc hoſtem vociferetur, & conclamet, *Exurgat Deus, cadat armatus iſte, cadat & conteratur inimicus homo,*

contemptor

contemptor Dei, amator ſui, amicus mundi, ſeruus diaboli. Et ſeuerâ caſtigatione in ſeruitutem redigatur: nullus tamen adæquè in corpus amor eſt, vt hoc in illud Sanctorum odium, quo tantum boni volunt ſuo corpori & curant, quanta eſt in cœlis felicitas: odêre igitur carnis vitia, non carnem, ſed hanc miſerè febrientem parſimoniâ & arte curant, quam indulgentiâ necarent.

SECVNDA PARS.

De modis variis mortificationis exercendæ.

Serm. 20. SS. & 1. de S. Ioan. Bapt.

DVo ponit S. Auguſtinus abſtinentiæ, cruciſque genera; vnum corporale; aliud ſpirituale, quod ait eſſe pretioſius, & ſublimius priori; ſtatuitque illud in regendis animi motibus, in quotidianâ cum vitiis lite, in ſui obiurgatione, ac auſterâ quadam virtutis cenſurâ; in rixâ perpetuâ cum interiori homine conferendâ. Et prioris quidem viuen-

tem regulam habet ſuo ab ortu noſtra Societas, moderatorum iudicium, corporis afflictationes pro valetudine, officiis, tempore, viribus cuique dictantium; ſub communis tamen vitæ vſu, cultuque obeundas, ne pelliciendis ad virtutem humi affixis hominibus dura vocantium ſpecies officiat, & opinione falsâ difficultatis non ferendæ probitatis horrorem inducat. Poſterius verò crucifigendi ſui, perimendique genus excellentius priore, non tantùm in manu noſtra eſt, ſed ſingulis etiam vehementer legum noſtrarum commendatione penè perpetuâ, ita imperatur, vt nullius deeſſe perfectionis ſtudio poſſimus, quin noſtro muneri deſimus. *Auguſt. in reg. Baſil. in conſt. mon. c. 5. & in reg. fuſius diſp. interreg. 19.*

1. Iam vtriuſque auxilio reportandi de nobis iuſtam victoriam ars prima hæc traditur, vt noſtræ vbique voluntati, cupiditatibus, corpori maturè aſſueſcamus reluctari; ſic ſenſim flectuntur, eliduntur, vaneſcunt, planéque Dominæ rationi & arbitrio virtutum ſeipſis exutæ iam accedunt, quæ alioqui efferarentur indulgentiâ, & propè indomabilia fierent. *Doroth. Doctr. 15.*

Nam

Nam effræni equo inſidemus rapturo in præceps timidum, & incautum ſeſſorem, niſi comprimatur, & quâ rapit furor;& impetus haudquaquam ſinatur proruere,ſed quâ ratio ſuadet, ac opportunitas vi,& induſtriâ, frœno, calcaribus ſtatim ab initio cogatur: quantum illi permittis, tantum de tua in eum poteſtate, ac viribus minuis:quod ille apud S.Dorotheum Monachus denique agnouit, cum furtis leuibus ſeruire gulæ aſſuetus, non tam demum gulâ,cui vt ſuppeteret aliunde prouiſum fuerat, quàm furti conſuetudine ſe agi profeſſus eſt. Si lubet mitiùs, at eodem vigore in nos ipſos pugnare, geramus licèt noſtri corporis curam, perinde vt amiciſſimi capitis periculosè decumbentis; ſed reiecto ſalutari cibo, inediæ legibus,medica potione,contumaci ardore dulcedines noxias flagitantis. Quis enim illi morem gerat; quis niſi valde inimicus necanti ſeipſum dextram accommodet?

2. Ac vt ad ſingula veniamus ab iis huius belli prima ſunt ducenda exordia, quæ quotidie occurrũt,eiuſque

que vltrò,non quæſitam,nobis materiam ſubminiſtrant.Incidit non rarò, vt contemni te putes, alios prouehi; dum iis indulgetur & parcitur, labore, incommodiſque te obrui; celebrari alios,dum obiurgaris,dum plecteris,dum exagitaris, & quidem inſons,& indictâ cauſâ. Hic tu,hic, inquam te virum exhibe, durato, gaudeto,querelas ne ſerito; ne iacta huc illuc ſatisfactiones; has denique debellandi tui occaſiones cælitus oblatas admitte,ama,complectere, in iiſque de neceſſitate patiendi meritorum ſegetem facito.

Sunt enim aliæ in agendo potiſſimùm ſitæ, remouendiſque non molli brachio, quæcunque nos ab Diuinæ legis (quod Chriſtiani eſt) aut perfectionis religioſæ (quod noſtrum eſt) obſeruatione retardarint, eaque ſemel irreuocabili (quod ſanè paucorum eſt) ac forti decreto abſcindere.

3. Ad hoc viam munit quà certiorem,quà faciliorem,ſi ab iis etiam nos abſtineamus, quibus cæteroqui vti abſque vitio liceret; ait enim

S.Doro

S.Dorotheus, ad augendas virtutes, pacemque animi nihil ita conferre, vt has priuatæ voluntati conſtantes, ac nobiles repulſas. Suadet tibi cogitatio, vt coquum adeas, vt roges, quid paret? ne adi, ne roga: vt quæras vnde id venerit; quis, cui attulerit? ne quære: vt bonum dictum lepidè proferas, vt aptum loco & tempori? reſiſte, nec ſuaſioni morem gere: ſunt iſta in ſpeciem minima, re autem, magna, & ſecura, neceſſariæ in rebus grauibus, & decretoriis pugnæ, victoriæque rudimenta, quibus ignium parens æternorum voluntas propria lentis mortibus conficitur, dum, ne in vitia prorumpat, ab iis etiam quæ licent arcetur.

4. At ne hîc quidem conſiſtitur, plus vltra fas eſt, & vocat Apoſtolus, dum hortatur, in Dei gloriam vt planè omnia faciamus, illaque adeò quæ neceſſariò præſtare compellimur. Cuius documenti hæc eſt ſumma, in vſu virtutum, & Dei obſequio, nedum in iis quibus carere non poſſumus, ne commoditatem neceſſariam, & quietem, propenſionem animi, & oblecta

obléctamentum, ſed Dei vnius gloriam, voluntatemque aucupemur; cuius æquiſſimæ, ac dulciſſimæ voluntatis ſi attenta vbique ratio habeatur fiet mediocriter amanti, totus hic mortificandi ſui labor eâ cogitatione, tum procliuis, tum præ quàm putetur iucundus. Sic B. Franciſcum Borgiam nocte intempeſtâ & rigidiſſimo cœlo cum Valliſſoletum appuliſſet, Tyrocinij noſtri fores diu pulſantem, recreabat tamen mirificè quod qui vniuerſa immenſo cum gaudio moderatur, eos illi ventos incuteret, eas in os niues impingeret, eum rigorem aſpiraret, geſtiebátque hanc ſupremo Regi de ſe edere voluptatem, cum ad Principis ludum vrſi ac leones lacerentur.

5. Quod in particulari examine cauendum imprimis diximus; ne, omiſſo capitali hoſte, minus infenſos peteremus, habet hîc item præcipuum locum. Multi enim Deo quicquid eſt reprobum ac vile, anathema faciunt, ac demoliuntur; Agago ſuo, rebuſque cariſſimis, miſeratione impià condonant: hoc eſt libenter ea 1. Reg. 25. 9.

ſuſcipiunt,vel omittunt,quorum ſua nihil admodum refert, vt quæ nihil in vtramuis partem laboris contineant, nec progreſſibus ipſorum aut obſtent quicquam, aut commodent; quibus verò perperam inhærent viſcatis affectibus, adminiculis vitiorum,& irritamentis, ſinunt ea ſecurè in arundineto limoſi pectoris cubare,iis parcunt, ac ne ſtrepitu quidem iuſti metus, diſcriminumque circum frementium ea interpellant quæ ferro & flammis peti ante omnia oporteret; anethum denique ac
Matt. 23. mentham decimant; quæ grauiora ſunt,infeſtioraque ſaluti, officio, & profeſſioni,diſſimulant.

6. Quanquam nec anethum, nec ciminum, nec exteriora ſcyphorum labra licet negligere; nec in rebus quoque leuiſſimis victoriam ſui deſerere: Parum intereſt in quo illa verſetur; hoc ſolum attende, quod vnum magni eſt apud Deum,vt ſemper noxiam voluntatis tuæ licentiam Deo ſacrifices: quocunque ligno id ardeat,pretioſum ſacrum futurum eſt partis tuæ pretioſiſſimæ, Deoque gratiſſi-

gratiſſimum. Hinc naturæ victorem B. Ambroſius Dauidem celebrat pauxillum aquæ Domino libantem; hinc ſtupet magis B. Gregorius Arcæ præſultorem, quam pro Arcâ pugnantem; nempe hîc hoſtium, illîc verò ſui domitorem. Tu ſi eiuſmodi, vt ais, leuia imitatione non dignaris, vel quod eſt ſtultius, in aliis rides; vide, quâ meritò angeris, ſudorum tuorum, concionum, & doctrinæ, confeſſionumque ſterilitas, ne ſit huius contemptus, & ludibrij pœna: ſed vide præterea hoc tuo errore quàm aptè velificeris conatibus dæmonis: inſtat is indefeſſâ fraude voluntati rebus in minimis expugnandæ, vt iis aſſuefactam præludiis mox in nefaria coniiciat; ita muſcæ punctura olim hominem adegit pedetentim, vt cum Manichæis, negaret Deum hominum conditorem. Tu tecum pariter diſſimulans, facis teipſum tui tenacem arbitrij; & ſolitum his frui cupiditatum tuarum minutiis, vix & ne vix quidem à turpioribus, & mortiferis reuocabis: hac arte dæmonis B. Euſebium triumphaſſe de Dæmone

1. Paral. 11. 17. 6. Reg 6. 20.

Auguſt. tom. 1. in Ioan.

in Hiſt.

Theodoretus refert, ratum ſe quamdiu in minimis illius vires occuparet, vincique ab illo non ſineret, tamdiu procul futurum vt proſterneretur in grauioribus; Dæmonem verò imbecillitatis propriæ pudore, ac impatientiâ receſſurum, quòd nec in rebus exiguis poſſet, niſi raro, quidquam lucri ex eo facere.

7. Poſtremò, ne tibi verba det virtutis tuæ opinio: quantumlibet in hac vitâ manens profeceris, errabis; ſi vitia putabis emortua, & non magis ſuppreſſa; velis, nolis, intra fines tuos latebit Iebuſæus, quâcunque nocere valuerit, erupturus; ſubiugari poteſt, non exterminari; mihi crede, putata repullulant, redeunt effugata, extincta recaleſcunt; excitantur ſopita; ſæpè imò ſemper putandum eſt, quia ſemper quod putatione indigeat, ſi non conniues, deprehendes, & quamuis bonum ſit, multorumque annorum ſubactum culturâ, & locuples ſolum; ſed ſi otietur, bonitatis inſtinctum in ſpinas, & tribulos effundet. O ſapientiam Franciſci Borgiæ verè ſanctam; nunquam ſecum, aut fœdus, aut inducias

S. Hieron.

ducias

ducias fecit; non ſapiebat cibus quem non eo die acris aliqua ſui vexatio condiuiſſet; non placebat calceus, in quo pes iniectis ſcrupulis non doleret; non medicæ pilulæ, niſi dentibus manſæ totam ore ac faucibus amaritiem ſpargerent; non vtrumque tempus, niſi vulſuris frequentibus depile; nihil niſi corpori infeſtum; hoc enim demum amicum vocabat; ſi adureretur frigore, ſole æſtuaret, maderet imbribus; quàm bellè aiebat ab amicis iuuamur ad vlciſcendum hunc hoſtem noſtrum profligandamque illius perfidiam; eius denique ardens erat ad Deum crebraque oratio, vt ſibi penitus amareſcerent dulcia, amara dulceſcerent. Singulis igitur, excepto nemine, id peculiariter incumbit ſuam vt quiſque quotidie crucem tollat, quotidie, inquam, nec enim breuius, nobiſcum pugnandi ſpatium dux & Magiſter Chriſtus coarctauit; ſeu præfractâ ſis indole ac vel ſuopte ingenio in peius pronâ, vel peccandi conſuetudine deformatâ; ſeu bonam ſortitus animam, ad virtutes, pia & hone

honeſta non tam effictam & docilem, quàm natam; ſeu educatus licentius, & præ conſcientiæ neglectu, vſuque promiſcuè admittendi quicquid fores mentis acceſſerit, nihil ſis turbarum ſentire ſolitus, quas caro in ſpiritum miſcet; omnibus omnino inſtat vehementer expugnandi ſui neceſſitas; Primis, vt difficultate certaminum ſtipendia ſua & præmia augeant, ac ne pereant ipſi, ſi hoſtem perdere recuſent; Poſtremis vt vinci, raptari, ſeruire, perire iam ceſſent; Mediis, ne iumentum mite, ſed ſibi relictum ſui meminerit, ac belluinis indulgens motibus herumque aſportans in auia, & prærupta, ſe tandem ſeriùs probet fuiſſe quadrupedem.

Tertia Pars.

Quibus condimentis mortificationis aſperitas dulceſcat.

SVnt quidem hæc ad diuturnitatem huiuſce virtutis tam opportuna

Digitized by Google

tuna quàm vulgo nota,ſed ſæpe obliuione iacentia.

1. Primum eſt diuinæ auxilium gratiæ, quæ iuncta ceruice, Dei voluntatem nobiſcum capeſſit; hinc ad iugum ferendum, ſed ſuaue; pondus ſed leue inuitamur; vt quod ſuper maxillas noſtras à fortiore ſocio exaltetur, & præ inungentis gratiæ copia putreſcens, euadat leuiſſimum. Verè crux noſtra inuncta eſt cùm per votorum nuncupationem in templum ſanctum Domino conſecramur, reque ipsâ ſentimus eius mandata grauia non eſſe, ac fortitudine mutatâ, quod olim ſæculo non abſque moleſtiis impendamus robur, Deo nos,ac religioſis officiis iucundè impendere. Matth. 11.30. Oſeæ 11. 4. Iſa.10. 7. *Bernard.* *Gregor.* *l.1. mor.* *c.8.*

2. Proximum eſt mortificationis amaræ condimentum Dei amor,tanquam lignum vitale noſtris laboribus immergendum. Nam ſi amanti, dicamne inania, vel probroſa, nihil difficile,quid amanti bonum immortale; annon fortis eſt vt mors iſta dilectio,vel ſternendis,ac diſiiciendis quæcunque ſibi aduerſantur; vel ab- *Auguſt.* *ep.29.*

Digitized by Google

Augnſt. Pſ. 37. 14. Bern. n Cant. ſtrahendo ab ſenſibus, vitæque illecebris animo; hæc quicquid laboris, quicquid doloris immineat, myrrhæ faſciculum non faſcem appellat; hæc audet cum Paulo, & quicquid hoſtile eſt prouocans, quis, inquit, nos ſeparabit à charitate Chriſti; non ergo nos rerum aſperitas, ſed amoris in Deum frigus facit domandi noſtri aut inimicos, aut pauidos.

Iob. 19. 23. 3. Tertium eſt, quod ille inſignis mortificationis primipilus conſignari poſteris optabat, vt pari ſecum animi quiete omnes vitæ moleſtias exorberent: Spes, inquam, illa quam tenebat in ſinu repoſitam, fore, vt iterum in carne, videret Deum Saluatorem ſuum; hæc eadem Moyſi pro Chriſti opprobriis, viles fecit Ægypti diuitias; hæc Dauidem molliter inclinauit ad cuſtodienda Dei iuſſa; hæc Apoſtolum rapuit extra ſeſe, mirantem, quod in præſenti eſt momentum tribulationis, æternitatem immenſæ gloriæ parturire; hâc Magni Baſilius, Antonius, Bernardus ſuos erigebant, cùm viderent, nautas, milites, negotiatores, agricolas, abiecti ſpe

Hebr. 11. 24. Pſ. 118. 2. Corint. 4. 17.

lucri

lucri dubiâ,& ſæpe fallente, in tempeſtates,mortes,pericula,ſudores currere; ſibi verò incorruptam, nec ſeram,nec cuiuſquam labores decepturam coronam eſſe propoſitam. Quantulum eſt quo cœlum mercamur; emimus abſque argento & commutatione vinum & lac, & pro nihilo ſalui ſimus.O lætam illam ſuperûm admonitionem Metildi Virgini, mortalibuſque gratulantium, quòd iis adhuc per vitam liceret quotidie ſua apud Deum merita cumulare.O felices in via Domini progreſſus, quorum ſinguli paſſus in Dei rationes ab Angelis ſanctis referuntur. Iſa.55. Pſal.55. *Bloſ. Prat. Spirit.*

4. Ponamus vltimum,quod quidem nunc attinet, ac longè ſuauiſſimum laboris cuiuſlibet lenimentum: aſpectum ſcilicet Auctoris fidei, & conſummatoris,*qui propoſito ſibi gaudio ſuſtinuit crucem confuſione contemptâ: recogitemus eum qui talem ſuſtinuit à peccatoribus contra ſemetipſum contradictionem*, ne defatigemur animo, & deficiamus; necdum enim ad vſque ſanguinem peccato Hebr. 12. Exod. 15. 23.

Chron. S. Franc. 2. p. lib. 4. c. 10. reſtitimus: emendabit profecto crucis lignum aquarum amaritudinem, atque vt olim Tyroni delicato è ſancti Franciſci familia, Chriſti ex latere manans cruor, ita nobis ſua dulcedine diluet quicquid incommodi, ærumnarumque inciderit; efficiet quoque proceſſu temporis vt pudeat etiam ſpinoſo ſub capite membra nos eſſe delicata; iuuet autem è *Bernard.* contrario Chriſti vitam, quæ iugis fuit mortificatio, in noſtris corporibus circumferre.

His & ſimilibus temperamentis vini, quod Chriſtus merum pro nobis exhauſit, eò primùm venitur, vt non aliter hanc vitam quàm peregrini, & hoſpites traducamus, vnius patriæ deſiderio intenti; deinde vt tanquam mortui nihil iam ſentiamus rerum ſub ſenſus cadentium. Poſtremò vt non morte quauis, ſed cum Chriſto in crucem ſuffixi, quicquid mundo arridet, ambitur, celebratur pro cruciatibus ducamus; quicquid mundus exhorret, habétque pro ſupplicio, & cruce id deoſculemur, & depereamus, ſitque nobis crux mundus,

dus, & nos mundo. Penſemus ergo ſinguli, ait S.Bernardus, qui hos gradus diſtinxit, in quo gradu quiſque ſit poſitus & ſtudeamus proficere de die in diem, quoniam euntibus de virtute in virtutem videbitur Deus Deorum in Sion. Vidit Rudolphus è Ciſtercienſi ordine laicus quindecim Monachos in ſingulis crucibus cum Chriſto affixos, ex quo tantus erumpebat fulgor vt quamuis nondum illuxiſſet, clarè tamen omnes agnoſceret, admiranſque à Chriſto audiret. Sunt vniuerſo ex ordine hi tantùm meorum ſocij dolorum, vt qui vitam omnem eorum exigant imitatione.

De modeſtia & ſilentio.

Capvt X.

HÆc duo cùm ſe inuicem perficiant, ſitque alterum horum pars quædam alterius, coniunctim quoque à nobis tractantur, Ac mo- *In Reg.*

 deſtiæ

deſtiæ quidem vim & naturam ſic ad ſuos S. Auguſtinus eximiè colligit. *In omnibus*, inquit, *motibus veſtris nihil fiat quod cuiuſquam offendat aſpectum; ſed quod veſtram deceat ſanctitatem*; quibus verbis ſui demiſſio, & religioſæ grauitatis ſerena maturitas inuoluuntur; partes duæ noſtræ modeſtiæ principes, & ornamenta exterioris perſonæ tam neceſſaria, vt his ſolis adiuta, nobis quoque ſilentibus & otiantibus miros fructus edat in hominum animis, modò non picta, & arte conſtructa tempori duntaxat inſeruiant, ſed ſponte virtutis ab interiori homine tranſmiſſa in conformationem corporis decurrant. Naturam item ſilentij præclarè iuxta & breuiter perſtringens Iacobus Apoſtolus. *Si quis in verbo*, inquit, *non offendit, hic perfectus eſt vir.* De vtroque deinceps videamus.

Iacob 3. 2

PRIMA

Digitized by Google

PRIMA PARS.

Modeſtia & ſilentium nobis & proximis quantopere proſint.

1. EA eſt nobis animam inter corpúſque conſenſio, vt vnius perturbatione incompoſitum mox alterum euadat, vnius ſtatu alterum conſiſtat. Hinc etſi exterior ſpecies animi, virtutem non faciat, præbet tamen iuſtam de illa coniecturam, cum ex B. Hieronymo ſpeculum mentis ſit facies, & taciti oculi pectoris arcana fateantur; *Ex viſu cognoſcitur vir, & ab occurſu faciei cognoſcitur ſenſatus; Amictus corporis, & riſus dentium & ingreſſus hominis enuntiant de illo.* Quid mirum igitur, ſi ore diſtorto gradientem, nutantem oculis, terram pede terentem, micantem loquacibus digitis; intuitus quiſpiam ſuſpicetur hominem apoſtatam, virum inutilem, quanquam adhuc fortaſſis religioſo cultu perſonatum; ſic de Iuliani riſu, ſermone, geſtu, & habitu corporis nimiùm

ad Furiam viduam. Eccl.19, 26. Prou.6, 12.

Greg. Naʒanʒ. in Iulianum. miùm verè B. Gregorius Nazianzenus vaticinatus eſt; quàm dirum ſerpentem Romana reſpublica educaret: contra Innocentio I I. Claramvallem viſenti, obuiam procedens ſacra S. Bernardi familia eam iniecit ſuâ modeſtiâ opinionem ſui cum tenerrimo ſenſu pietatis, vt nec ipſe, nec qui latus ſtipabant Cardinales lacrymas tenerent. B. verò Bernardini tam caſtigata erat præſentia, vt eo propiùs comparente ſeſe reciperent, ſi qui fortè agebant ſolutius Et ſui

Surius. vnius Martyr Lucianus (tam fuit potens inſcripta ori mentis religio) vel ſolo aſpectu ad Chriſtum Ethnicos conuertebat; quanti ergo apud nos bonum nomen, lucrum animarum, fratrum ſancti progreſſus; tanti ſit oportet modeſtiæ cura.

Prou. 4. 23. 2. Sed profectò ob hoc multò pluris, quòd cordis eſt cuſtos hoc eſt vitæ veræ, deuotioniſque conſeruatrix; portas enim mortis ac tenebroſa ſenſuum oſtia, & feneſtras,

Hieronym. Iob. 38. 17. Hierem. 9. 21. morti ac tenebris, & ſuſpectis commeatibus occludit; ſeruatque illud B. Dorothei, vt aſſueſcamus non cir-

cumferre

cumferre oculos per vana, nec per aliena, cùm id labores omnes perdat Monaſticos; ac licèt, dum viuimus interdicere nobis ſenſuum vſu nequeamus, ſed ne rebus obiectis inhæreant,in iiſque ſecum animum defigant,cogendi ſunt illas celeri gradu præterire, ac velut ignes ſubiectos cineribus.Vide pueros elementarios, cùm in auditorio ſtipati ſua ſinguli apud ſe recolunt; nec aſſidentium clamore auocantur, ſed penſo inſiſtunt,vtpote de quo à Magiſtro ſeuerè ſunt examinandi.

3. Verùm hîc fortaſſis cum illo apud Sophronium imprudenti ac iuuene Monacho; in iſtâ, inquiet aliquis, tam arctâ, tam minutâ oculorum, linguæ, aurium obſeruatione perfectionis cardo non vertitur, ſed in vnâ mentis puritate, quam ſi Deo offeram, ſatisfeci; huic autem,idem qui Iuueni reſpondeat ſenior, qui ſublatis in cælum manibus, quinque ſunt anni ſupra quinquaginta,ex quo puritatem quam hic in vrbis ſtrepitu,& cœno, interque cauponas reperit, ego inter ſola Scythiæ deſerta

nondum

nondum me, infelix! aſſecutum eſſe deprehendo. Haudquaquam videlicet in iis exteriorum Regularum exilibus minutiis virtutis ſumma poſita eſt, ſed ſine iis tamen non poteſt perfecta, non tuta, non vera, ſaluaque conſiſtere; ſunt enim eius arboris frondes, eius fructus varij cortices, eius corporis color, eius arcis munimenta atque præſidia; non ſtat animæ pudor in clauſis ſenſuum feneſtris. At quæ aſſiduo in vicum proſpectu illas notatur frequentare, aut impudica eſt, aut talis proximè futura. Vt verò nullum eſt ſenectutis puerilis maius indicium, quàm cum iiſdem rebus, quibus olim in pueritiâ delectatur; ita prodit certò, nondum ſibi diuina ſapere, cui crepundia ſenſuum non modò non ſatis deſipiunt, ſed ne auelli quidem ſine grandi mœrore non poſſunt.

Baſil. trac. vera virg. cap. 1.

Aug. l. 93. q. 70.

4. Ad hæc verò cum ſpectet loquacitas, & confabulandi vitium, nobis ex oppoſito neceſſitatem ſilentij commendat, ingens loquendi difficultas; ſilendo ſi quidem, vt docet S. Baſilius à prauè loquendo deſueſcimus;

Reg. fuſ. diſp. 13.

mus ; & ſenſim auditu, exemplo, meditatione loqui deinceps rectè condiſcimus; nec vllum linguæ ad lætam & ſtabilem, obſequioſamque moderationem effingendæ tyrocinium valebit, niſi ſilentio peragatur ; quin & piis cum Deo colloquiis hæc ſilentia viam parant, & quondam à Patribus heremi colebantur tanquam cauſa contemplationis, fonteſque ſapientiſſimarum cogitationum ; vocis quippe cæleſtis delicatos ac lenes ſuſurros, terrenarum tumultus obruunt, & ſolitudine opus eſt animi magis, quàm corporis Deum ad cor loquentem audire volentibus; ex quo vice verſâ familiari ad Deum aditu naſcitur magnus ſilentij amor, valdéque inſolens, & intolerabile æſtimatur quicquid illud non ſonat quod intus diligitur; ac fit quiſque linguæ tardioris ex quo Deum ſibi loquentem audierit. Iamque hinc palam eſt, ad virtutem, ſeu tuendam, ſiue reparandam quantum domitu linguæ auxilij accedat ; vt ſenſiſſe tam verè quàm ſapienter videatur qui ad inſtaurandam totius cuiuſpiam Ordinis,

Hieronym. reg. monac. c. 22. *Didac. de perfect. cap. 70.*

Bern. ſerm. 40. in Cant. *Greg. 30. mor. c. 12.*

7. Mor. c. 6. Exod. 4. 10.

dinis, nedum domus vnius collapſam diſciplinam ſat eſſe aiebat vnius ſilentij reſtitutionem, nam ex S. Bernardo, *inge ſilentium & ab ſæcularium ſtrepitu perpetua quies, compellit cæleſtia meditari*: ceſſant itaque otioſæ, noxiæ, inertes, querulæ ventilationes priuatorum, & obliquorum affectuum; boni econtrario clauſo vaſe fouentur, ardent, nutriuntur; quiſque Deo ac ſibi rebúſque animi putatur attendere, coguntúrque ingreſſi mutam domum, quam norunt plenam habitatoribus, dicere. *Verè Dominus eſt in loco iſto; hîc Domus Dei eſt, & porta cæli*; ſtreperam verò loquacem, vndique ſonantem, illud ſapientis meminiſſe, multis vtentem verbis ſuam animam læſurum, & in iis omnino nec peccatum nec ſtultitiam defutura, cùm ſit vrbis inſtar abſque ambitu murorum, rectéque Albertus dixerit, vbi taciturnitas deeſt, ibi hominem de facili ab aduerſario ſupèrandum.

Tract. de gradu. hum.

Num. 19. 1.

Gen. 28. 26.

Eccl. 20. 8

Prou. 10. 19.

Eccl. 5. 2.

De vit. c. 31.

5. Non eſt tamen hæc vita tranquillo omnium ſenſuum ſic caſtigata ſilentio (vt eius ignaris creditur) mœſta

mœſta & tetrica, ſed tantò hilarior, quantò cum Deo, & ſuperis quàm cum ægris hominibus dulciora commercia miſcentur. Hieronymo quidem carcer oppidum fuit, ſolitudo verò paradiſus. Perfecti viri quaſi triſtes, ſemper autem gaudentes, puriſſimæ aurum lætitiæ quanquam ſæpe non ita oris ſpecie præferrent, at venis intimis aluerunt; qui cum imperitos, & laxioris diſciplinæ homines lateat theſaurus, eò deueniunt, ô abſurdum errorem! vt illorum vitam acerbam putent, & quandoque vt talem vel miſereantur vel traducant.

ad Ruſt. monac. de viuendi form.

2. Cor. 6. 10.

SECVNDA PARS.

Loquendi cautio, & quibus circunſtantiis loquendum.

1. NOn eſt tamen in hoc ſilentij ratio, vt muti ſimus ſed vt linguæ ſoluendæ, promendæque opportunitates teneamus, nec enim muro, ſed circumſtantiæ oſtio muniri ſibi labia Propheta expetiit, & magnis

Gregor. Eccl. 22. 23. & cap. 28. 28.

gnis deſideriis optauit ſapiens ori ſuo cuſtodiam, *ſignaculum certum labiis apponi, vt non cadam ab ipſis, & lingua mea perdat me.* Prima ergo ſit nobis loquendi cautio, quam cunctis mandat Apoſtolus, vt veloces ad audiendum ſimus, ad loquendum tardi; & quæ ſumus dicturi priùs ad limam bis veniant, quàm ſemel ad linguam, cùm ſit integrum ſemper, aliquamdiu retenta, tempori mittere, miſſa non poſſint reuocari; *in ore fatuorum cor illorum, & in corde ſapientum os illorum.* Altera cautio mentem ſpectat loquentis, vt recta ſit, & in Deum, ac virtutem collimet, non in ſui commendationem. Tertia, Quis, cui, coram quibus loquatur aduertit, ne inuerecundiæ, aut timiditatis, vel periculoſæ imprudẽtiæ damnetur. Quarta eſt temporis, ob cuius importunitatem ex ore fatui parabola reprobatur; mala verò aurea in lectis argenteis, dictum tempeſtiuè prolatum: Quàm indecorum, & arrogans interpellare ſermonem alterius? quàm ſtultum inauditâ causâ reſpondere? quàm immodeſtum reſpondendi partes

Iacob. 1. 19.

Bern. in ſpeculo monachi.

Eccl. 21. 29.

Eccl. 20. 22.

Prou. 25. 11.

Eccl. 11. 8

Prou. 18. 13.

partes interrogato præripere? Quinta modum loquendi definit, ne voce maiori quàm humilem deceat, & tranquillam domum ac perſonam, ne fractâ, molli, geſtuosâ, ne triſti vultu, aſperè, aulicè, affectatè; tam multis denique nec ita facilibus ſermo emendatus, religioſuſque continetur, vt pulchrè dixerit quidam ex veteribus Patribus, in omni loco ſi taciturnus fueris, te eſſe requiem habiturum, & quadraginta ipſos ac nouem annos illud Regis Prophetæ Decretum vix ſe ſat integrè in opus contuliſſe Pambo Monachus teſtatus ſit. *Dixi cuſtodiam vias meas vt non delinquam in linguâ meâ.*

Baſil. in reg. breu. & in Conſt. monach.

hiſt. Eccleſ. p. 1. lib. 6. cap. 1.

Pſ. 38. 1.

2. Præcipuè verò alienæ famæ obtrectatio fugienda, cùm ſit Deo & hominibus exoſa, eamque in his partem ſuo telo petat, quam habent theſauris, adeóque vita cariorem; in quo falli non rarò pronum eſt qui cauent duntaxat ne peccatis grauibus retegendis reorum famæ officiant; cùm ipſa perſonæ conditio, lapſus per ſe leues, ſine grandi probro adſpergi ſibi plerumque non ferat. Nam quis

virum

Digitized by Google

virum apud omnes grauem pietate, geſtis, profeſſione, ac meritis, quaſi parum veracem, iudicio debilem, ſui multum amantem, ſine magno ipſius dedecore inſimulet? Debet lubricum linguæ, maledicendi propenſio, lethalis culpæ nimium procliue, quotidianúmque diſcrimen, loquendi de
Bonauen. Spec. Diſcip. rebus alienis nos valde parcos efficere; Eſto, ſint vulgatæ ac tenues, erubeſcamus nihilo ſeciùs dicere de abſente quod cum charitate coram illo dicere nequiremus. Meminerimus ſanctum Patrem noſtrum tam religiosè ſuorum quoque defectus preſſiſſe, vt ſi ad quempiam ſanandum vnius conſcientia ſat eſſet, duorum
Eccl. 19. haudquaquam admitteret. *A facie verbi parturit fatuus*; nos qui dici volumus ſapientes, in arcano pectoris extinguamus, ſi quid aduersùs proximum audiuimus.

3. Nec ſolùm vitandum, ne quo ſermone indecoro toties imbutam cruore Chriſti linguam maculemus, ſed ne aures quidem tractantibus talia præbendæ; præterquam quod enim audiri non poſſunt verecundè,

Digitized by Google

vt nemo facilè inuito loquitur auditore, ſic audientis voluptas approbatio eſt loquentis, & prouocatio. Viderint ſane Theologi, ac diſcernant, ſi valent neceſſitatis articulos, quibus mortiferum immineat crimen, niſi ardentem maledicentiæ facibus alienam famam Domo quâuis pretioſiorem, verbis, geſtu, diſceſſu, ſermonis deflexu, ſiue intruſo, ſeu commodo; vultu triſtiore, ſi aliter nequit, defendamus; præſtat nos quiduis potius perpeti, quàm id committamus, vt de admiſsâ diuinâ gratiâ iure ambigere poſſimus. Abiiciamus itaque importunum pudorem & ineptos metus, ac vrbanitatem inconſultam, nec his plus aliquid quàm officio charitatis, & proximi exiſtimationi tribuamus; ne annuamus, ne diſſimulemus; ſepiamus aures noſtras ſpinis quibus pungatur obtrectatoris animus, & de auditis fratrum erroribus nullâ dulcedine titillemur; ventus Aquilo diſſipat pluuias, & vultus triſtis linguam detrahentem; ab hac nos iubet B. Hieronymus velut ab ſerpente longiſſimè fugere, vt verecundiâ tacere de

Eccl. 28. 28.

Prou. 25. 23.

in Reg. monac c. 22.

de aliorum factis adigatur; nam, ſi erat ignorans & hoc diſſimules; traducti damna, loquentis pericula, timiditati tuæ, aut amicitiis impiè condonas; ſi peccat ſciens tanto tuæ perſonæ, tuique Ordinis contemptu coram id perpetrat, vt abſque magnâ ignauiæ culpâ non liceat tibi intactum omittere.

4. Non eſt quod dicamus de mendacio declinando, cum apud mundanos etiam eâ laboret infamiâ, vt hanc ab ſe vulneribus, aut morte depellāt; ſancti autem viri poſt B. Auguſtinum aiunt, ne ſeruādi quidem à ſempiterno exitio orbis causâ licere mentiri; addo nec veris aliquid addendum nec ea in maius (quod dicentis fidei plurimum officit) attollēda; nec pertinaciter, & abſque ſale dubitationis, quicquam vnquam negandum, vel aſſeuerandum; neque verum, niſi graui de causâ ſermone ambiguo tegendum, cum id abſque notâ calliditatis odioſæ conſuetudo humana non admittat.

Bern. in form honeſtæ vitæ.

5. Verat & S. Baſilius iocos verborum aſſiduos, Bernardus nugas, quas

In exhort. ad fil. ſplen. 2. de Conſi. l.

quas in ore Sacerdotis vocat blaſphemias, *Et conſecraſti*, ait, *os tuum Euangelio, talibus iam aperire illicitum, aſſuefacere ſacrilegium*, quippe non nugas, & fabulas ſed legem ex eo requirendam, nec poſſe fieri, vt verba mittantur ridicula quæ non è ridiculis moribus procedant, cùm illa quæ loquimur de cordis exuberantiâ proferamus: hunc linguæ næuum S. Baſilius hebdomadæ vnius ſegregatione multauit; Duranus Antiſtes Toloſanus magnis poſt hanc vitam pœnis expiauit. S. Chryſoſtomus nunquam in ſe, aut in aliis probauit; Quid ſi præter ea ſuggillet fratres dicteriis, & eorum dolore riſum adſtantium aucupetur? quantam labem inuret charitati, quantum Patri communi diſplicebit? hoc ergo toto ſermonum genere, aliorumque inutilium proſcripto, pia tractare condiſcamus.

Malac. 1. 7.

In animad. adu. can. delinq.

Tertia Pars.

De rebus Diuinis Religioſos homines loqui oportere.

1. NOn id ſolùm vetat Apoſtolus, vt omnis ſermo malus ex ore noſtro non procedat, ſed ſi quis bonus ad ædificationem fidei, vt det gratiam audientibus, hunc iubet induci; Et parit hic præter vtilitatem audientis, & eius qui loquitur inopinos ad pietatem motus; opinionem quoque valde frugiferam in ſæcularium animis, religioſi hominis virtutem & ſanctimoniam ex eius verbis æſtimatam, docilitate pronâ colentium; vnde S. Xauerius & primus S. Ignatij in Christo filius Petrus Faber, in his colloquiis familiaribus plurimum habitabant, pluſque illorum ope, quàm publicis concionibus proderant: his S. Franciſcus ſuos frequenter exercebat, ſingulis etiam laicis ea maximè iniunguntur omneſque adhortatione atque vſu ab ipſo Tyrocinij ingreſſu ad illa formantur; vix

1. Part. Chron. lib. 1 c. 19. c. 4. 6. 8.

vix enim foris de rebus diuinis externos vtiliter diſtinebit, qui Domi cum fratribus id non ſit ſolitus præſtare. Itaque nonnullis iure S. Bernardus iraſcitur, *quibus conuenientibus in vnum iam non eſt Dominicam cœnam manducare, panem quippe cœleſtem nemo eſt qui requirat, nemo qui tribuat, ſed nugæ, & riſus, & verba proferuntur in ventum, & hæc comitatis, prudentiæ, charitatis nomine obtenduntur; at iſta charitas carnis amans, ſpiritum negligens, deſtruit charitatem, iſta nihil animæ, corpori omnia indulgens diſcretio, confundit*, inquit, *diſcretionem.* Si quæ in nobis puri, ſyncerique in Deum amoris in Chriſtum cœleſtiaque micaret vena, mente & linguâ hæc infima verſare inſtar nobis foret vt cinerem mandere, nihil tam delectaret quàm quæ diligimus, fando audiendoque memorare; Et hoc nobis manna, ſuper quo nauſeant lacrymabilium cæparum & ollarum vilium helluones, ſaporum omnium, & cupediarum loco eſſet; quia heu! de mundo adhuc ſumus, de mundo loquimur. Ioan. 4.

2. Cur SS. Thomas Aquinas, Xauerius, & complures poſt longa ac varia cum cuiuſuis fortunæ hominibus ducta colloquia, ſtatim tam facilè colligerent ſeſe, ad hoc meritò refertur, quod pia, & piè cum iis tractare conſueſſent, nec vnquam extra proprium campum materiamque excurrerent: Nos cùm idem ſeruamus, magno proximis adiumento, ac nobis eſſe; cum ſecùs magnam iis offenſionem, nobis periculum parere ſanctus Pater Noſter affirmabat. Volebat igitur ſic nos cum ſæcularibus ordiri vt ipſi nobiſcum concluderent; ſic eorum ſequi argumentum vt in noſtrum paulatim deſcenderent; ſic cum iis ex eorum ingenio inchoare, vt ex noſtro nobiſcum in Deum, vitiorumque odium ardentes deſinerent; nec expectanda ſunt ſcrupuloſiùs momenta ſermonis vrbanè mutandi, quæ alioqui nunquam ſat præbentur, aut exiſtimantur idonea, ſed ſubindicandum re ipsâ, non obſcurè, profeſſionem noſtram ab otiosâ confabulatione abhorrere: ſic ille inaniter adeuntes, excipiebat aliquoties

Vita Ign. lib. 5. c. 11.

valdè

Digitized by Google

valdè hilariter; ſi tertiùm, aut quartùm fallendo tempori redirent de morte, ac iudicio ſupremo iis diſſerebat, non reuerſuris vtique ad interpellandas ipſius ſerias occupationes, ſi diſplicuiſſet; ſin autem, eo colloquio non mediocriter profecturis. Indormiebat Machetes Abbas alloquiis quæ de Deo non eſſent. B. Borgia ſponte tunc animum ad Deum abducebat, malebatque deinde vt aiebat, non cohærentia reſpondendo, ſperni, quàm attentione otioſâ tempus conterere. Nam cum ſancto Paulo decet nos *omnibus omnia fieri*, ſic tamen (explicat S. Auguſtinus) vt ad auxilium, non ad æqualitatem miſeriæ valeat, ſed ex lutoſâ foſsâ collapſum extracturi, pede cautè primùm ac firmiter fixo, tum manum illi porrigamus, nec putemus eſſe charitatis ſi cum illo pariter inquinemur.

1. Cor. 9. 12.
Lib. 83. qq. q. 71.

3. Ad hoc plurimum conducet, ſi cum aliquo acturi habeamus ad manum de rebus diuinis quæ conuenienter producamus. Et quæ appoſitè ipſius narrationibus inſeramus, vt

vanos rumores, aut fabulas, aut famæ ſcalpturas alienæ in melius aliquid deflectamus. Denique quod monet D. Bernardus, dictum quiſque noſtrum ſibi exiſtimet; ſic in cunctis ſe habeat vt ædificet videntes, & nemo dubitet, cùm viderit eum vel audierit, quin verè ſit Monachus.

CAPVT XI.

De Humilitate.

Aug. lib. de vera relig.
B. ... ſer. de Humil.
B rn ſerm. de natiu.
Tertul. in Apolog.

QVANQVAM vita omnis Chriſti IESV diſciplina morum fuit ſed humilitatem præcipuè ſuam in documentum frequens & exemplum ab aduentu ſuo ad vſque reditum ad Patrem nobis propoſuit, ne, vbi Maieſtas ſeſe in nihilum abieciſſet, putris vermiculus tumeret, cogeremurque humilitatem veram ignorare, quam non poſſemus ab eius penitus ignaris mundi philoſophis diſcere.

PARS

PARS PRIMA.

Quantopere humilitate indigeamus.

HÆc enim adeò neceſſaria eſt, vt qui ſine ipſa virtutes cõgregat, ſuperbiæ flatibus, qui bonis operibus innaſcuntur, adſportandum puluerem obiiciat. Hæc magiſtra, & parens, cuſtoſque virtutum; prima Chriſtianorum virtus, fundamentum radixque ſanctitatis; fundamentum, inquam, quod Chriſto primario lapidi altâ ſui diffidentiâ, & abiectione ſolum parat. Per hanc fides ingenia ſubiugat; ſpes Deo adſtringitur; vnum boni omnis auctorem ſentit, ac diligit charitas, patientia, paupertas, virginitas, animi quies, precatio; cæteræ, hanc velut prodromam comitem, ſodalem, conſeruatricem norunt, experiuntur, venerantur. Nobis verò multò quàm reliquis neceſſariam illam facit excelſitas commiſſi muneris in ſuperbiæ prærupto ſita; auguſtum reconciliationis, ac præpotens

Gregor. Bernard. Cypr. Hieron.

2. Cor. 10. Ioan. 5. 44. Iob 7. 17. Luc. 1. 46. Mich. 7. 9. Matt. 11. 29. Eccl. 35. 21. Luc. 18. 13.

tens officium; diſpenſatio myſteriorum Dei; credita pro Chriſto legatio, & exhortatio; hiſque adiunctus ſplendor; quidam ſunt montium vertices arrogantiæ turbinibus infeſti, quos firmo gradu obtinere non eſt imbecilli capitis, ac ſemiuacui; Et præcipitij diſcrimen; nimis nota lapſuum crebritas oſtendit: Sacrilegi enim grauitatem furti, Dei æquitas indignata, nec iam ſibi de vnis naturæ dotibus, quæ ſunt Domus ipſius quiſquiliæ, ſed de gratiæ opibus, & excellentiâ gloriam eripi, hoc eſt, chariſſimas interioris Regiæ margaritas; fures ſceleratos, & admolientes cœlo manum, quò propius hoc ferit immedicabiliùs, & deſtitutionis ſuæ, vt fulminis telo ad porcorum ſiliquas deuoluit. Quare Moſis manum tot mundum prodigiis mixturam, ducta è ſinu lepra, natiuæ infirmitatis admonuit; mittendoſque mox ad orbem miraculis & cruce domandum Apoſtolos incredulitatis increpauit, vt quam nihili per ſe forent, quicquid tandem per ipſos diuina patraret potentia, ſemper meminiſſent.
Digitized by Google

niſſent. Nec verò noſtra ſolummodo
cauſâ humilitate indigemus, ſed eo-
rum omnino quorum ſaluti operam
nauamus. Ob hoc ſtulta mundi ele- 1. Cor. 1. 27.
git Deus, vt confunderet ſapientes, &
infirma, ignobilia, contemptibilia, &
ea quæ non ſunt, vt fortia. & quæ pu-
tabantur ſtatu immobili fundata de-
ſtrueret; ob hoc Iudithæ manu Ho-
lofernem; Dauidis, Goliathum; tre-
centorum militum Gedeonis, Ma-
dianitas innumerabiles profligauit,
ne cui videlicet, præterquam ſibi
tantarum rerum aſſignaretur decus;
crux Chriſti euacuaretur; gladio &
haſtâ, ſuiſque viribus inſoleſcerent
victores; *vnde multus*, inquit, *tecum* Iud. 7. 2.
*eſt populus, nec tradetur Madian in
manus eius*, & qui futurus videbatur
victoriæ cardo, militum numerus,
hunc ait victoriæ obfuturum, dele-
ctoſque ad illam perpaucos, omiſſis
gladiis pugnare iubet tubarum ſono,
teſtarum crepitu, repentini luminis
fulgore. Iam ſi hæc humana, in qui-
bus aliquid robur, & conſilium va-
let, attribuere nobis non poſſumus,
in laboribus naturæ, ſi neque qui
 plantat,

plantat, neque qui rigat eſt aliquid, ſed qui incrementum dat Deus; quid tandem in rebus, quæ tantâ intercapedine naturæ ordinem tranſcendunt, vt attingi magis induſtriâ noſtrâ non valeant, quàm colores auribus, ſoni luminibus percipi, nempe in animis ab errore, à pertinaciâ, criminibus, dæmone ad virtutem, Deumque conuertendis, tota laus Deo, & gloria debetur; hanc ipſe ſeuerè repetit, hanc ſibi aſſerit; qui volunt huius in partem aliquam venire, & ingenij quoque laudem, humanitatis, eloquentiæ, doctrinæ, in vocandis ad Deum proximis affectant, iis vuluam ſine liberis, & vbera arentia perſæpe immittit; contrà qui Deo caſtè omnia tribuunt, præterque Chriſtum nihil ambiunt, & hunc crucifixum, eos facit in gentem magnam, eorum poſteros ſtellis æquat. Hinc ergo primum ſeriò diſcamus pennis noſtris, conatibuſque diffidere, famulatuſque noſtri inutilitatem conſcientia magis quàm ore confiteri; loqui quaſi ſermones Dei, miniſtrare tanquam ex virtute quam adminiſtrat

1. Petr. 4. 11.

adminiſtrat Deus; Deo integrè cuncta, nihil nobis arrogare, præter malè geſti officij maculas, & confuſionem faciei noſtræ. Hinc item viciſſim ſecundo loco admonemur, ne rerum quæ nobis creduntur magnitudine ac mole territi cum Moſe conqueramur. *Quis ſum ego vt vadam ad Pharaonem, & educam filios Iſraël de Ægypto?* certi Deum fore in ore noſtro, reuelaturum paruulis quæ ſapientibus occultat; futuros nos aduersùs Dei hoſtes columnas ferreas; regni Chriſti pro Chriſto poſſeſſionem inituros; fore Deum, vt Romæ, ita vbique nobis propitium, exercituum Domino, contra quàm Reges conſuerint, potentiam ſuam in debilitate militis nudi, ac laceri magnificentius oſtentante.

Exod. 4. 13. Luc. 10. 21. Luc. 12. 32. *lib. 2. c. 11. vit. S. Ignat.* Hierem. 1. 6.

Pars Secvnda.

De Priore Humilitatis Gradu.

1. NOn eſt hæc virtus in pannoſo cultu, vilique occupatione,

 ne,

ne, aut verboſâ ſui deſpicientiâ; ſolus verè humilis eam nouit. Multi poſt S. Benedictum gradus eius ponunt duodecim; Anſelmus ſeptem, tres Bonauentura, cuius nos libenter vtemur compendio. Primus eſt, abiectè de ſeipſo ſentire, non ſanè infra quàm quiſque ſit, ſed ex vero prorſus, quod Deo ſemper amicum eſt; contra mendacis ſuperbiæ errorem veritati ſupremæ inimicum; noſcas modò teipſum, abundè fuerit; hæc te in hoc gradu ſola cognitio locabit, & amiſſam humilitatis dragmam in tuo luto reperies. Attende in primis, quid olim fueris; quid, ex quo natus es; quid, vbi viuere deſieris. Heu me! horret animus ad iſta; ſudant arbores vina, oleum, balſama; ex nobis, Ah pudet! quæ Mephitis, quàm tetra colluuies, ſanies, fœditas, graueolentia? hiſce diuitiis animantes reliquas ſuperamus; intumeſcimus tamen putredinis filij, & vermium fratres, imò merum nihil; nam quod ſumus in lucem editi, à nobis ſcilicet, an à Deo habemus? Quod conſeruamur ab eodem tam præſenti ope, vt hæc ſit

Bern. in form. hon. vitæ.

Iob. 17. 14.

conti

continuata creatio, quam ſi punctum temporis intermittat, in nihilum noſtrum ſumus illicò relapſuri; Ecquid noſtrâ ex penu id ducimus? omnes gentes quaſi non ſint, ſic ſunt coram Deo, & quaſi nihilum, & inane reputati ſunt ei; quantò magis ſubſtantia mea tanquam nihilum ante te? Verùm detergitur probri huius pudor naturæ conditione inuoluntariâ; peccati dedecus quo fuco tandem excuſemus? quantò ſatiùs fuit nunquam naſci, quàm natos in Deum peccare, mancipari dæmonum ſeruituti, bonitatis Dei perduelles, proditores Chriſti, æternorum fieri reos tormentorum, & decocto eſcâ turpiſſima, calceamentiſque viliſſimis patrimonio cæleſti, hæreditatem infinito emptam eiurare. In hæc infelices quamdiu, & quoties: heu me! quoties ruimus, & procubuimus? multiplicata ſunt ſuper capillos capitis noſtri; Quis ſcit nunc ſaltem an emerſerimus; an amore ſimus, vel odio digni? vt vnam humilitatis gratiam certam habeamus, hac nos Deus tam atra caligine, ſed nimis, nimiſ

Iſai. 40. 17.

nimiſque commeritos inuoluit. Et audemus miſeri nos cuiquam præferre, noſtræ adhuc incerti cauſæ, ſalutis ambigui, cùm de alienâ ſentire melius iuſſi fuerimus? Quid iam labes illa totam ab ortu noſtro raptans, & commaculans vitam, ille fomes ex inferorum accenſus rogo; illa Dæmonum ac ſcelerum fornax? Quid omnium quæcumque agimus, loquimur, cogitamus, perpetua quædam ac Deo inuiſa, ſeque ipſam latens deformitas, in cuius puriſſimo conſpectu facti ſumus omnes nos, quaſi pannus menſtruatæ, ac vniuerſæ iuſtitiæ noſtræ.

Iſa. 64. 6.

2. Vt tamen ortus ex peccato dolor temperandus eſt diuinæ clementiæ recordatione, ſic noſtro ex puluere, & luto conſurgens diffidentia noſtri imbellis ac timida corroboranda eſt cogitatione diuinæ bonitatis effundentis ſe in eos largiùs, quos fecit ſui cognitio tam cupidos Dei, quàm vacuos ſui, ſtatuitque extra periculum quæ Dei ſunt ſibi vendicandi, & ſunt hæc duo ſemper alternanda, mutatiſque iuuanda vicibus, ne in abundantia

dantia noſtra ſecuriores facti, vel ela-
tiores cum Dauide ac Petro, aliiſque *Pſal 19.*
ingenti numero incautis, ſuſtinentem *Baſil.*
nos Dei manum, ac beneficos oculos
periturí mox à nobis auertamus. Sic
B. Senenſis Catharina Dæmone ſibi
antè actam vitam ſuſpectam erroris,
doloque faciente; fateor, aiebat, me
ſemper in tenebris egiſſe, at eas ſan-
guis Chriſti IESV dehinc omnes
abſumet, cuius morientis ſacratis me
abdam vulneribus: ſuadente contra,
nihil flendum præterea reſtare, cum
iam foret perfecta, Deoque gratiſſi-
ma; Hei mihi, ſubdebat, Ioannes ipſe
materno ab vtero ſanctus, affictat ſe
tamen ac cruciat, & ſpontaneis
ærumnis rudimentum Martyrij tot
annos ponit; ego Deo toties offen-
ſo, & quando vel ſemel condignè in-
gemui? Quibus Dæmon confuſus,
malè percas, inquiebat, & qui te hanc
artem edocuit; iam enim ignoro
quà te deinceps aggrediar. Ita eſt
omnino, ita eſt, mentis anguſtias hæc
ſui notitia non inducit, non ſtringit
animos, ſed eos exporrigit, vt nihil
iam arduum occurrat, quod Dei fidu-
ciâ

ciâ non inuadant, eò quidem euentus certiores, quò præter potentiam eamque diuinam, nullum videant ſibi adeſſe præſidium: tunc enim virtus in infirmitate perficitur; atque vt
1. Cor. 12. 19. Medicos, & Nauarchos, morborum tempeſtatumque atrocitas commendat, ita Dei liberalitatem & magnitudinem noſtra infirmitas & inopia illuſtrant. Meminiſti non rarò, quàm parum tibi proceſſerit cùm multam operam poſuiſſes ad captandos ſenſus pietatis diei cuipiam ſolenniori celebrando: meminiſti, quàm ſæpè iidem tibi ſenſus aliis diebus inuocati, inopinique exorti ſint, nec parato prius nec attento? nimirum hîc Dei gratia; illic tui laboris tacita confidentia rem agebat. Eſt illa igitur humilitatis vmbra, fœtuſque ſuperbiæ, cum diffiſi de noſtri victoria, & in virtutibus progreſſu, creditorumque ſucceſſu munerum refugimus, angimur, trepidamus, malè videlicet, noſtrâ induſtriâ, dotibus, viribus innixi, cùm ab vno Deo horum talentorum excipi occupationem, expectari fructum oporteret. *Dominus il-*

lumina

uminatio mea, & ſalus mea, quem timebo? Dominus,&c.pertexamus reliqua meditando, vt vel hinc diſcamus, Dei fiduciâ difficultatibus omnibus, & debilitati noſtræ inſultare.

3. Ad humilitatis partum, quem naſci diximus ex alta ſuimet perſpicientiâ, accedit etiam ſublimis,& excelſa Dei cognitio,ad quam quicquid vſquam ſcientiarum eſt,nunquam ita certò, tutóque hominem perducunt, vt hæc tenuitatis ſuæ, miſeriarúmque non diſſimulata intelligentia, quam idcirco B. Bernardus cunctis ſcientiis anteponit. Sic nos S.Bonauentura noſtri,Deique ignorantia ab ortu cæcos illuminari à Chriſto ait, lutum vnde nati ſumus noſtris oculis illini, vt primum nos ipſos incipiamus agnoſcere, deinde noſtrum illuminatorem adorare; quod ipſum quoque ſpectat Eccleſia, cùm iubet nos eſſe natiui pulueris memores, in quem ſumus poſt paulùm redigendi. Ab hac ſemel ad fundum exploratâ, claréque poſſeſsâ deiectione ſui infra res omnes depreſsâ & iacente, ſumma *Proceſ.5. relig.c.28.*

ma Dei omnium parentis excelſitas mirabilius eminet, ac luculentius apparet; incredibilis præterea tam altæ Maieſtatis in hominem amor tam miſerum ac deſpicabilem, hominis viciſſim in Deum amorem magnis ignibus inflammat, ſed verecūdis tamen, ſuumque frigus in tam immenſâ ardendi materiâ erubeſcentibus. SS. Auguſtinus & Franciſcus à ſeipſis ad Deum ſublimius; à Deo in ſeſe profundiùs, inferiúſque ibant, ac redibant, illius ſui tam ſæpe ac diu iterati voti abundè compotes, *Domine nouerim te, nouerim me*: Vt enim ad Solis radios etiam atomi cernuntur, ita Viri ſancti, quò primariæ luci propiores, eò in ſeipſis ea diſtinguebant clariùs ac reprehendebant, quæ cæteri ne aduertiſſent quidem, vel pro laudabilibus celebraſſent; vtque magna illa quæ de ſummo bono capiebant, intelligebant eſſe tantùm minimam eorum particulam, quæ mente attingere non poſſent, ſic præter miſerias & peccata, quibus ſe ingenti numero ſcatere ſentiebant, ſupereſſe abſque dubio longè plura, quæ ipſos fugerent;

ſugerent; nam quis ferre ſeipſum valeat, ſi probè, claréque videat? Narrat Auila Dei ſertum hoc ſui veraci ſpectaculo multis precibus impetrato, multò ſtatim precatum ardentiùs hoc idem ab oculis auferri, quod tanc ſui totius abominandam veluti cloacam perferre vlteriùs non poſſet.

3. Tertiò, hinc item illa ſui odia Sancti ducunt, quàm vtilia & amica, tam dura atque conſtantia; cùm pati ſine indignatione & irâ nequeāt naturæ impetus, deſertionem immortalis quod perſpexerunt boni pertinaci furore ſuadentes, quorum impulſu proh quam ſacrilegè! quam ſæpe! Dei ſe recolunt, ſuique fuiſſe proditores; cruciantur itaque intimo dolore, pœnáſque de ſe continuas machinantur.

4. Quartam cauſam Apoſtolus docet propriis infirmitatibus gloriandi, *vt inhabitet*, ait, *in me virtus Christi*; vlceroſi, mendici, piorum miſericordiam nulla re fortiùs prouocant, quàm calamitatis patefactione; & Deus dat laſſo virtutem, iis qui non 1. Cor. 12. 9. Iſai. 4. 9.

non ſunt fortitudinem ac robur multiplicat, & gratuita pluuiâ hæreditatem ſuam ſed infirmitatis conſciam perficit.

5. Poſtremò, vt verbo complectar, ſui notitia commune ac præſens eſt ægritudinum quarumuis remedium, cùm ferè palam ſit niſi ab eius inopiâ, nullas propemodum in nobis excitari: mœres, deſpondes, deiiceris, times, iraſceris, inſoleſcis, langues, diſſolueris: ô ſi teipſum ex vero noſſes, nihil ita moleſtum cenſeres quo non peius aliquid optares. Hunc ab ſe optimum deſignatorem hoſpitij præmitti ſolitum B. Franciſcus Borgia viro Principi indicauit, Franciſci laborioſa itinera dolenti, cognitionem, inquam, ſui, & eorum quæ ſuis putabat deberi peccatis; huic ſolidas horas meditandæ duas quotidie inſumebat: ad hanc quicquid audiret, intueretur, legeret, referebat: Ex quibus ij refelluntur qui dictitant, hæc eſſe tyrocinia incipientium, quique huiuſmodi cogitationes meticuloſas putant, deſperabundas, plenaſque triſtitiæ, & eſſent planè, ſi noſtris

Lib. 1. c. 1. Vita.

Digitized by Google

ioſtris in malis penuriâque conſiſte-
ent, vt agente nonnunquam dæmo-
ie conſiſtunt: At ſi ex noſtrâ, vt de-
ent, inopiâ in Dei clementiam, &
eneficentiam aſſurgant ex hac ſpes
auriunt animoſas, & alacritatem
antò dulciorem, quantò Deus eſt
obis melior ac liberalior, *nec enim
n iuſtificationibus noſtris proſternimus
reces ante faciem tuam, ſed in miſe-
ationibus tuis multis.*

Tertia Pars.

De ſecundo humilitatis gradu.

HVnc S. Bonauentura in eo ſtatuit, vt amemus neſciri ac ro nihilo reputari, quod ei foret dmodum procliue, qui primum adeptus, dignum ſe contemptu non fictè idicaret, gaudemus enim aliorum ſſenſu noſtrum probari iudicium. ed hanc vt plurimum deſpectionem oſtri ſimulamus verbis, non mente eragimus, cúmque nos mortalium aniſſimos, ſuperbiſſimos, maximè iertes, & ſtolidos, ac iſtiuſmodi titulis

tulis compellamus, oneramuſque nos paſſim maledictis, haudquaquam de nobis ſic re ipſa ſentimus, multum alioqui laudaturi, cum quis de nobis eadem ſentiret, verùm aut iſta negari ab aliis cum noſtri commendatione latenter ambimus aut humilitatis ſaltem fuco noſtram quoque conſcientiam placare virtutis eius cultum nobis aſſiduè imperantem;
Col. 18. c. 11. Quod ille apud Caſſianum adoleſcentior Monachus manifeſtum fecit, cùm poſt multa de ſe contumelioſè ab ſeſe prolata, leue Serapionis Abbatis ac neceſſarium monitum de ſeruandâ cellâ & opere manuum non
Eccl. 19. 23. Bernard. ſerm. 10. in Cant. tulit. *Eſt qui nequiter ſe humiliat & interiora eius plena ſunt dolo.* Quid enim peruerſius, quidve indignius, quàm vt inde velis videri melior, vnde videris deterior; placuit tibi ad populum tua concio, ad auditores oratio, ad diſcipulos prælectio; damnas tamen illam velut humi repentem, inſipidam, abſurdam vel petis in ea quid improbatum ſit, quid corrigendum in poſterum, quid perficiendum videatur; papæ! Quàm verecunda

a frons, modeſti de ſeipſo ſenſus,
erùm ementita & aſcititia, vt quam
audum tuarum indecoræ cupiditati
iæ decoram laruam callidè obducis;
aud alio ſanè conſilio teipſum vitu-
erans, quàm vt eo hamo in tuarum
rum celebrationem alios pertra-
as; nam ſi fictam tui quam cœpiſti
cuſationem verè proſequi pergant,
otentque næuos qui minùs arriſe-
nt, ſtatim æſtus carpendæ, depri-
endæque cum auctore ſuo cenſuræ
tus apud te incaleſcens prodet artes
oriæ inanis, & latens vitium quod
ondum ſenſeras deprehẽdes. Quàm
pe candorem confeſſionis ingenuæ
oc vno fine vſurpamus, non vt hu-
ilitate culpam, ſed culpæ notam
nfeſſionis gloria eluamus. Quoties
bis morbos animi plures & dete-
ores exaggerando affingimus, quàm
e vera ſint, ne minoribus ſed veris
edamur laborare? Mille ſunt doli
gotiantis ſuperbiæ, ſed planè glo-
ſa res humilitas, quâ ipſa quoque
erbia palliare ſe appetit, ne vileſ-
t. Non eſt magnum ſeipſum obiur-
re, tanquam pigrum, puſillum, arro-
gantem,

Bern. de grad. humil. c. 9.

gantem, nullius frugis; & meriti; quis enim ſeipſe non facilè patitur; ſed alium hæc eadem tibi occinentem ferre moderatè atque alacriter, id verò eſt ſinceri, humilis, & religioſi.

Clim. c. de vana gl.

2. Ad hunc porrò gradum adſcenſu quadruplici euades quorum primus eſt, non lenta honoris, dignitatum, & nominis fuga, tot ſanctorum exemplis, Chriſtique adeò nobis inculcata; quandiu terræ parenti inhæremus, nullus eſt nobis timendus Hercules, vbi ex eâ ſublimes tollimur, confeſtim à Dæmone obterimur; Quare auditâ fratris Heliæ ruinâ, terrā proſtratus prehēdebat ſtringebatque frater Ægidius, vt deſcenſus vlterioris conatu perpetuo caſum ſuperbæ aſcenſionis effugeret; Alter eſt ex ſancto Anſelmo vt feramus contemptum patienter, quæ, vt optima eſt ad humilitatem via, ſic propè vndique aperta; nam dum aliis plauditur, creditur, ſeruitur, multa tribuuntur, committunturque; exploderis, iacebis, ſeruies, ineptus cenſeberis; ſexcenta ſunt talia, quæ niſi ſedulò caueris extorquebunt tibi clauum de manibus,

Ioan. 6. 15.
Matth. 9. 30.

Chr. S. Franc. 1. p. l. 7.

nanibus, & iræ vorticibus permit-
ent, ſed audi B.Dorotheum ſuaden-
em, vt Deo pro illis ſupplices, qui
ias tibi præbent ſanandæ ſuperbiæ
pportunitates. Tertius ſit, ne noſtri
ommendatione geſtiamus. Quod
ſſe difficile teſtatur S. Auguſtinus, ab
: tamen præclarè obſeruatum bea-
ſſimus Iob, nec ſe fulgentis Solis,
ut Lunæ clarè incedentis occulta
aptum delectatione, ne, aut falſis
udibus admiſſis Deum irritaret, aut
eris præmio excideret. Ita ore lau-
antis, quo velut obruſæ fornace va-
eſcunt in fumum, & ſcoriam ſuper-
i, purior & pretioſior fiebat. Nihil
m malè habebat B. Franciſcum
orgiam, quàm cùm de ſe honorifica
cerentur, quod ſe horum Deo red-
turum putaret rationem, quæ in ſe
uudquaquam agnoſceret. Quartus
enique ab S. Bernardo traditur vt
ontemptu noſtri gaudeamus, vileſ-
ie haberi optemus, additque alibi
umilitatem mentis in Christo non
iſſe, ſuæ nimirum Maieſtatis, excel-
atiſque optimè conſcio; ad humi-
atem voluntatis eum ſe noſtri amo-

En. 64. ad Au. el. Greg. 22. mor. c. 6.

Prou. 27. Greg. ibid. c. 9.

Serm. 16. in Cant.

re abieciſſe ; nobis verò vtramque ſic neceſſariam vt prior , ſi deſit altera, fraudis & mendacij rea ſit, nempe ſi viles, ac minimi pretij, velimus tamen non minimi fieri : candor lucis æternæ Chriſtus, & gloriæ apex, non humanis tantùm veſtiri membris, noſtrâ causâ ſuſtinuit, proditoriſque Adami ſtigmate inuri, ſed ſeditioſo poſtponi homicidæ , ſeruilibus colaphis , impiorum ſputis, cultu fatuorum , ridiculâ purpurâ, latronum verberibus &
Pſ. 68. 22. nece turpiſſimâ tam ardenter defun-
Luc. 12. 50. gi expetiit , vt hæc auidè expectaret,
Thren. 3. 30. arctaretur horum deſideriis, cruciaretur fame, ac tam multiplicis contumeliæ moram quamlibet acerbam putaret; Nos, heu miſeri, ſempiterniſque digni opprobriis , contraria omnia non amemus ſolùm , verùm & cupidè venemur ; Hæccine illa eſt
1. Cor. Chriſti diſciplina, Chriſtique profeſ-
12. 10. ſio, vt mites ſimus & humiles corde?
Act. 5. 41. hæc imitatio diſcipulorum eius placentium ſibi gaudentiumque ob contumelias ? hic S. Ignatij , cæterorúmque ardor , tunc ſibi primùm de magiſterio Chriſti plaudentium cùm

probris

Digitized by Google

probris maioribus dehoneſtarentur? hæc ſumma perfectionis aſſequendæ à Beatiſſimo noſtro Fundatore, nobis in eo conſtituta, vt Christi teſſerâ ornari veſtibus indui, votis omnibus cupiamus? O frigus noſtrum Chriſtiano etiam indignum, vt cenſebat B. Xauerius, memores ſcilicet Chriſti dedécorum, honore tamen, ac rumoribus hominum mulceri. *11. Reg. Sum.*

3. Huius itaque vt & reliquarum virtutum faſtigium tenetur, cum ea delectabiliter, non promptè ſolùm, ac facilè exercetur; nam ſi niſi ægrè, niſi meditatus, niſi cum quadam mœſtitia deſpectiones non toleras, non magis es humilis, quàm is fidicen bonus, cui neceſſe eſt fides lentè & anxiè legere, ac probè canendi regulas modos facturo conſulere; ars enim perfecta nihil deliberat, virtus egregiè prouecta etiã dormiẽs vitiorum reſiſtit ſimulachris, vt equi eximiè domiti, auriga ſopito, viã nihilominus æquabiliter ſuam tenent. At ſi voluptas quoque ad hanc facilitatem acceſſerit tantumque dedecore, quantum claritate mundani, gaudeas; *Plut. de prof. morum.*

tunc potes non falsò de partâ virtu-
re confidere, illamque conſtantem
Doctr.10. ſperare: ſolebant enim, ait B. Doro-
theus, maiores noſtri firmiter aſſere-
re, quicquid animus alacriter non
admittit, diuturnum id eſſe non poſ-
ſe. Quid autem poteſt eſſe beatius iis
recreari quibus vulgò iactantur ho-
mines, & torquentur, abiectione, in-
quam, ſui certè, quicunque talis eſt, in
Chryſoſth. hom. 9. in Geneſ. tranquillo portu cōtinuo ſedet, oble-
ctaturque in ſerenitate cogitationū.

4. Non eſt tamen in hunc Olym-
pi verticem, intactum ventis & im-
bribus arduus aſcenſus, ſi Chriſtum
ſequamur præeuntem, cuius vita om-
nis cum vnus fuiſſet humilitatis ar-
chetypus, vnde omnis generis mor-
tales exemplum ſumerent; ſupremis
tabulis legare hoc nobis atque iniun-
gere diſertiùs voluit, elutiſque ſuo-
rum pedibus *exemplum*, inquit, *dedi
vobis, vt quemadmodum ego feci, ita &
vos faciatis.* Itane magnum eſt eſſe
Aug. de S. Virgin. c. 34. paruum, vt niſi à te qui magnus es
fieret, diſci omnino non valeret? ita
planè, adeo hæc peſtis innatæ ſuper-
biæ penitiſſimis hæret viſceribus, ſed
hæc

hæc Chriſti mei medicina ſi eam non curat, iam quidem non video vnde præterea ſit expectanda curatio. Non dico, quod ſæpè verſandum eſt, quàm ſit exilis, atque inutilis hominum opinio, in quâ vnâ laborat ſuperbus, etſi nobis puſillis ac ventoſis magna & ſolida videatur, cùm malam conſcientiam non ſanet præconium laudantis, nec bonam vulneret conuitiantis opprobrium. Non dico quanta nunc temporis laudationum vbique ſit falſitas, cùm alienæ vanitati contra ſententiam propriam ferè aſſentiantur omnes, laudentque verbis, quæ animo damnant, ne ſumptu ſuo turbas emant, & ab ægrotis inſanientibus de veritate odium referant: non dico, quàm ſint glorioſorum voces, habitus, inceſſus, conſilia fatua, delira planéque ridicula; audiatur vel ille qui ſuper aſtra Dei ſibi ſolium molitur; vel is cuius manus, fortitudinem populorum tanquam nidum inuenit; fiet ex iis manifeſtum ſuis inaniis tumidos deterrimo eſſe inter fatuos loco, cùm ſui miſerationem cæteri moueant, iſti

lib. 3. contr. epiſt. Petil. 2. Cor. 10.

Iſa. 14. 13. & c. 10. 14.

Chryſoſt. hom. 30. ad pop.

tunc potes non falsò de partâ virtute confidere, illamque conſtantem ſperare: ſolebant enim, ait B. Dorotheus, maiores noſtri firmiter aſſerere, quicquid animus alacriter non admittit, diuturnum id eſſe non poſſe. Quid autem poteſt eſſe beatius iis recreari quibus vulgò iactantur homines, & torquentur, abiectione, inquam, ſui certè, quicunque talis eſt, in tranquillo portu cōtinuo ſedet, oblectaturque in ſerenitate cogitationū.

Doctr. 10.

Chryſoſth. hom. 9. in Geneſ.

4. Non eſt tamen in hunc Olympi verticem, intactum ventis & imbribus arduus aſcenſus, ſi Chriſtum ſequamur præeuntem, cuius vita omnis cum vnus fuiſſet humilitatis archetypus, vnde omnis generis mortales exemplum ſumerent; ſupremis tabulis legare hoc nobis atque iniungere diſertiùs voluit, elutiſque ſuorum pedibus *exemplum*, inquit, *dedi vobis, vt quemadmodum ego feci, ita & vos faciatis.* Itane magnum eſt eſſe paruum, vt niſi à te qui magnus es fieret, diſci omnino non valeret? ita planè, adeo hæc peſtis innatæ ſuperbiæ penitiſſimis hæret viſceribus, ſed hæc

Aug. de S. Virgin. c. 34.

hæc Chriſti mei medicina ſi eam non curat, iam quidem non video vnde præterea ſit expectanda curatio. Non dico, quod ſæpè verſandum eſt, quàm ſit exilis, atque inutilis hominum opinio, in quâ vnâ laborat ſuperbus, etſi nobis puſillis ac ventoſis magna & ſolida videatur, cùm malam conſcientiam non ſanet præconium laudantis, nec bonam vulneret conuitiantis opprobrium. Non dico quanta nunc temporis laudationum vbique ſit falſitas, cùm alienæ vanitati contra ſententiam propriam ferè aſſentiantur omnes, laudentque verbis, quæ animo damnant, ne ſumptu ſuo turbas emant, & ab ægrotis inſanientibus de veritate odium referant: non dico, quàm ſint glorioſorum voces, habitus, inceſſus, conſilia fatua, delira planéque ridicula; audiatur vel ille qui ſuper aſtra Dei ſibi ſolium molitur; vel is cuius manus, fortitudinem populorum tanquam nidum inuenit; fiet ex iis manifeſtum ſuis inaniis tumidos deterrimo eſſe inter fatuos loco, cùm ſui miſerationem cæteri moueant, iſti

lib. 3. contr. epiſt. Petil. 2. Cor. 10.

Iſa. 14. 13. & c. 10. 14.

Chryſoſt. hom. 30. ad pop.

Prou. 11. 2. riſum & contemptionem; omitto, vbi ſuperbia, ibi certò fore & contumeliam, ipſiſque famulis arrogantes heros ludibrio eſſe, ac ſicut præcordia
Et c. 16. 5 fœtentium eructant, ita & corda ſuperborum ſentinam teterrimam inhalare. Contra, modeſtum & humilem tam eſſe cunctis amabilem, acceptum, in deliciis & honore, vt fugiendo gloriam, gloriam mereatur, & non aliâ magis quàm huiuſce veſte ac perſona ipſimet ſuperbi tumeant, dum ſuorum chimeras faſtuum, quaſi lucifugas prodere veriti, eorum loco
Luc. 14. 8. Luc. 22. 24. Marc. 9. 32. demiſſionem, & ſimplicitatem mentiuntur. Omitto denique illud æterni oraculi de animarum requie promiſſum, humilitatis diſcipulis confirmatum; quam ſanè quietem ne in plena
Matt. 11. 29. quidem votorum omnium adeptione, honorum cupidi potiuntur, ſi
Eſth. 5. 13 (quod accidit ſemper) eorum aliquo quem auebant, carere cogantur; nihil enim ſe putant habere tametſi regnent, quamdiu aliquem Mardochæum pro Regiæ foribus inuiti adſpicunt: hæc, inquam, facile prætermitte quæ forſitan poſſis illudere; at

Chriſti

Chriſti exemplum, quâ fronte, quâ confidentiâ, quo colore? *Viciſti Domine, viciſti ſuperbiam meam, ecce do manus in vincula tua, accipe ſeruum ſempiternum*, inquit, valde piè Abbas Guerricus tuque, ſi ſapis, cum illo pariter inquies, ſed reipsâ magis quàm vocibus.

5. Nam ad Chriſti exemplum imitationem accedere oportet vſumque demittendi ſui; vt enim timidi, etſi norunt nihil eſſe quamobrem timeant, idque ſe ſcire fateantur, terreri ſe tamen aſſerunt, nec poſſe metum deponere; ſic pergunt multi ab ore hominum famâque ſuſpenſi viuere, etſi hæc quàm inania ſint & noxia penitus contrectent: Verùm, vt iis pro remedio eſt in ipſa quæ pauent terricula audenter ire, viſuque ac manu propius cernere, adire noctu obſcura loca, & ſolitaria, probare per ſeſe quicquid pauent non rebus ipſis, ſed imaginoſo ipſorum cerebro circumferri; non abſimili modo addictum humanis plauſibus non ſolâ vti ratione, ſed factis opus eſt, exercerique humilitatis gymnaſio, vt expertus

pertus demùm illa derideat, quæ
Baſil. reg. fuſ. diſp. priùs attonitus mirabatur. Nam vt
artes, ita & virtutes multò melius
vſu, quàm præceptionibus parantur,
quibus vnis nec vnquam pictor euadet
quiſpiam nec ſui contemptor: eſt
Ep 87. enim ex S. Bernardo, humiliatio, tam
neceſſaria ad humilitatem via, vt
hanc ſi refugis prouehi nequeas ad
Tract. 58 in Ioan. humilitatem, ac vt verè docet B. Augustinus,
cum ad fratris pedes corpus
inclinatur, vnâ ſecum animum inclinat,
excitatque in illo humilitatis
ſenſum, vel roborat: affectiones corporis
ad mentem repentè tranſeunt
& longè alia cogitat valens & vegetus,
S. Doroth. Doct. 2. auro, gemmiſque tectus, & equo
inſidens generoſo; alia ægrotus, pannoſus,
claudicante cantherio vectus:
Baſil. fuſ. diſp. 22. hic ſibi vt cęteris vileſcit, dum ille alter,
etſi fortè deſpicatiſſimus per ſeſe,
altum ſpirat, & pulmonem rumpit.
Quæ fuit cauſa vt S. Xauerio contemptibilis
veſtitus & lacernula detrita
reuelli nunquam potuerit. Mouet
prætereà fortius rerum præſentia
voluntates, quàm deſiderium earundem;
ex quo fit vt libenter ſemel exceptum

ceptum conuitium, vel contumelia, genúſve aliud contemptus maiorem animo patientiæ virtutem pariat, quàm ſi ſe plurimis ignominiæ deſideriis fatigaſſet. Abiectis igitur, & vulgò deſpectis hominibus, officiis, veſtibus, conſuetudine, occupationibus, libris acquieſcat, gaudeat, immoretur, quiſquis humilitatis veræ ſublimem gloriam, ac tutam, beatamque ambit, ſciatque ſe illam iiſdem, nec aliis artibus ſeruaturum. Sic ille apud Petrum Venerabilem à Beatiſſima Virgine eruditus, in victu, muneribus, cultu; Ille apud Caſſianum Paphnutius in plauſuum fuga, & tenebris monaſteriorum quibus erat omnino ignotus; Ille alius ſenex inter Patrum vitas celebratus, poſt annoſæ virtutis ſtudium, in porcarij officio; Epiſcopus relictis iam infulis, in fæce mediaſtinorum ædificiis publicis operam ſuam locantium, humilitatem quæſiuerunt: ſic B. Pater S. Ignatius; B. Franciſcus Borgia, multique de noſtris (abundamus enim exemplis domeſticis) tum Sacerdotes, tum Laici; ac demùm ferè

1. Mirac. cap. 29.
Coll 20. c. 1

Sancti omnes, hanc gemmam ex luto ſuſtulerunt, quam ſciebant alibi non perfectè naſci: Ad hoc nobis priuata conſcientiæ totius cum ſuperiore communicatio; publica eorum quæ vulgò delinquimus cenſura, & obiurgatio, denuntiatio omnium quæcunque in nobis extra confeſſionem arguuntur, apud eos qui præſunt obiri ſolita; hinc pedum, terræque oſcula, ſumendus humi & ſub menſa cibus; mulctarum indictio, & eiuſmodi non pauca, quæ ſi ab aliquo negligantur, eius quantacumque, valde mihi ſuſpecta fiet humilitas, vt & Chriſtiani cuiuſlibet, ſi diuinâ præſcriptis lege (confitendo, parcendo, veniam petendo) demiſſionis propriæ actibus omiſſis, eam in arbitrariis obſeruet.

6. Poſt hæc ſuperfluum fuerit monere, nihil à nobis vnquam proferendum, vnde poſſimus multùm eruditi, multùm religioſi iudicari; nam qui ſperni exoptat, harum occaſionem laudum non tantùm vitabit, ſed metuet: ac ne putetur, quod re verâ non eſt ſemper,

Bern. ſpec. Monach.

ſemper, quoad licebit, neſciri volet quod verè eſt, imò illum pudebit cognationis cum Chriſto memorem, quidquam de nobilitate ſuorum natalium, & magnis affinitatibus audire. Quî ergo, inquies, iuuari proximus valeat nullam operæ noſtræ fidem tribuere ſolitus, niſi præclaræ opinionis auctoritate fulciatur? reſpondet B. Gregorius ſuo more prudenter, & acutè, nonnunquam etiam viros ſanctos bonâ ſui opinione iucundè affici, ſed tunc ſolùm cùm vident audientes inde ad meliora proficere, qua in re ait, neceſſe eſt, vt, cùm audientium vtilitati fama non proficit, mentem noſtram fama laudabilis non eleuet, ſed fatiget; erit hæc obruſa ſanctæ de tua laude ob Dei gloriam lætitiæ, ſi complectêre propenſo animo vituperia, ſarcaſmos, & contumelias cùm ſeſe offerent: aut vltrò in abiecta curres, cum eorum vſus in ſalutem proximi non pugnabit; nam ſi huius causâ recrearis plauſu quem refers ex muneribus ſplendidis in quibus tamen nonnihil periclitatur humilitas, quantò iuſtiorem

Greg. 18. mor. c. 5. Baſil. reg. br. 90.

22. moral. c. 9.

rem ex tuta & vtili contemptione tui, ac tuarum rerum capies voluptatem: Quæ fuit ratio ex qua S. Franciſcus aiebat ſe religioſi nomine indignum, niſi honorem, & ignominiam eodem vultu exuperet. Certè Apoſtolus magnificam ſui commendationem neceſſitati ſalutis alienæ commodauit, multiplici excuſatione, & verecundiâ temperatam: ſui verò accuſationem, quoties per infirmitatem proximi licuit, palàm, apertéque inferre geſtiit nullâ emollitam præmunitione nec enim ſemper operario Chriſti talentorum pondus auctoritatem conciliat, ſed plerumque apud cordatos potiſſimùm ſincera mundi, ſuique abiectio non tantùm facit conſpicuum, ſed in populi animis præpotentem. Quod quàm altè S. Ignatius imbibiſſet teſtantur documenta, quibus Xauerium, & Rodericium in Luſitaniam profecturos; Salmeronem, & Paſchaſium in Hiberniam; Salmeronem rurſus, & Laynium Tridentum inſtruxit; intereſt enim diuinæ Maieſtatis, vile inſtrumentum ad maxima quæque adhibere;

1. p. Chron. l. 1. c. 9.

2. Cor. 4. 11.

1. Cor. 25. 9.

1. Timoth. 1. 13.

Digitized by Google

adhibere; & ſæculi homines quàm ardenter honoribus inhiant, tanti faciunt eorum contemptores.

7. Reſtabat vltimum præſidium gradus huius ſecundi ad humilitatem aſſequendi; meditatio cum precatione, & diuturnum examen per ſingula ducendum quæ ad hanc virtutem aliquid nobis difficultatis opponerent. Sed de his videtur, quantum ſufficiat traditum cum de ſingulari examine, & oratione ageremus. Quare ſit

---

QVARTA PARS.

De tertio humilitatis gradu.

1. CVm quis excellentibus Dei donis, naturæ dotibus, honoribus hominum cumulatus, ſibi nihil prorſus, Deo aſſignat vniuerſa in hoc gradu tertio conſiſtit, in quo S. Bonauentura, niſi magnos, & præſtantes viros non collocat, qui quò ſunt maiores eò ſe in cunctis abiiciunt. Magna

Proc. 6. relig. c. 21.

Bernard. ſerm. 45. in Cant.

Digitized by Google

gna enim ſanè ac rara virtus eſt, cùm magna geras magnum te neſcire; cùm tua ſanctitas omnibus nota ſit, te ſolum latere; cùm ſis omnibus admirationi, te vni tibi vileſcere. Hoc ego, inquit, S. Bernardus ipſis virtutibus mirabilius iudico. Legitur Virgo in Dei Matrem; ancillam profitetur; dum illi apud S. Ioannem Seniores in Sacerdotium, regnumque coronantur, ad pedes Agni coronas proiiciunt; ac ne hunc apicem proniorem aſcenſu, facilioremque cogitemus, hunc in cœlis quoque ille non tenuit, qui ſuo decore intumeſcens ſapientiam perdidit, & inſtar fulguris in barathrum præcipitatus eſt. Nam etſi nemo eſt, niſi amens, quin eorum quæ habet omnium auctorem Deum fateatur, ſurgit tamen intus ex claris dotibus ac fama, luditque circum præcordia, indeprehenſa quædam gratulatio animi ſibi quoque nonnihil penè abſque ſenſu applaudentis, ob illud neſcio quod tantillum, ſeu verius nihilum, quod Deo in nobis ac per nos agenti coniungimus; & de illa noſtra apud homines luce

Serm. 13. in Cant.

Ezech. 28 44.

luce Patris cæleſtis gloriæ debitâ, radium aliquem in nos item reflecti geſtimus. Cúmque omnia fecimus ægrè nos ſeruos inutiles intimo ſenſu prædicamus; quaſi noſtris item non Dei vnius viribus illa feciſſemus; Quis corpus non rideat, ſi de vita & motu quibus ab anima vegetatur, tanquam vernaculis bonis ſuperbiat? Quis credat parieti, ſi parturire ſe ſplendorem dicat, quem per feneſtram à Sole recipit; idem nos facto ſæpiſſimè dicimus, nec recordamur quàm nihili, peioreſque nihilo fuerimus, ac futuri æternùm eſſemus, niſi perpetuò noſtris Deus ruinis occurreret, ſubderet manum ruentibus, lapſu confractos erigeret, ac reſtitueret. *Albert. de perf. vit. c. 2.*

2. At verò Sancti, quò cœli diuitiis auctiores, hoc ſe cunctis etiam perditis, & flagitioſis deteriores appellabant, & hoc de ſe contenti iudicio partim reſpondere obiectis in oppoſitum rebus abnuebant, partim lance diuini examinis cum tenues ſuas exigerent glareas aliorum theſauros, quos pia charitas imaginabatur, *Doroth. Doct. 1. de humil.* *Aug de Virg. c. 46. 47.*

S. Franc. 1. p. l. 1. cap. 68. Chron. batur, venerabundi obſeruabant; partim non dubitabant aſſerere, nullos æquè latrones eſſe ſceleratos, vt ipſi futuri fuiſſent, ſi forent à Deo quemadmodum illi ſuis cupiditatibus in prædam abiecti; contrà verò latrones, vi tantâ gratiæ, ſi Dei bonitas occupaſſet, futuros fuiſſe longè quàm ipſi meliores.

3. Fert porrò hæc ſui tam cæca, & perſpicax, tam profunda, & celſa demiſſio ſublimes fructus perfectæ victoriæ, quâ ſoli humiles vitia omnia expugnant, dum ab iis alij tamdiu impugnantur donec ſuo vel malo atque periculo, vel ſudore multo, & ſæpè ſanguine experti probarint, niſi Dei ope, hæc bella non confici. Quod etſi tenemus certâ fide, agendo non *Caſſ. Coll. 2 Abb. Cheremonis cap. 4.* item vſurpamus. Notum Moſis Abbatis in corpus rebelle, prauamque conſuetudinem ſexenne certamen, quas moras habuerit, ne abſolueretur celeriùs: Paconis verò ſeptuagenarij quidem, ſed vexari à corpore ideo permiſſi, vt noſſet, quoniam aliter *Sap. 8.* non poſſet eſſe continens niſi Deus id daret, quod oraculum ſapientis intelligi

telligi quoque de vitiis cæteris oportet, quæ omnia continentiâ domantur.

4. Nec verò propterea puſilli animi, & ad magna inepti, glorioſaque efficimur, quod nos omnium infimos, & planè ad omnia nullius frugis æſtimemus, quin noſtris potius diffiſi viribus, tanquam niſi frangendæ, manúmque læſuræ arundini, præpotentis Dei robur induimus, & dilecto innixi, nec deſerti monſtris, nec cęlorum arduo terremur, ſed in vtroque ſuperando deliciis affluimus, omnia poſſumus, confirmante nos exercituum Domino, noſtræque imbecillitati ceruicem inflexam coniungente. His autem rerum magnarum geſtis, quam non meremur gloriam, & honorem? quas non hominum laudes & celebritatem? Verùm enimverò hæc neque ſpectamus, neque admittimus, etſi exterius toleremus, ſed ex altâ humilitatis ſpeculâ velut ambitu noſtro indigna iudicamus, vnius ob Deum ſublimis contemptus deſiderio ineſcati.

Bern. ſerm. 6 ex pa. in. Cant. 8.

5. In hoc humilitatis faſtigio ſita

eſt

eſt illa actio gratiarum, quam ſeuerè à nobis diuina beneficentia repoſcit, pro qua nimis ſæpè ore tenus magis dicimus gratias, quàm verè agimus; in hoc illa immobili ſaxo fundatur conſtantia modeſtæ animæ, inter Dei fauentis applaudentiſque mundi ſecundos flatus pudibundæ: ſuique ſemper apprimè memoris & altiſſimâ ſui cognitione ſaburratæ. Hinc eiuſdem ex vberioribus Dei donis, & auguſtioribus tanquam credito theſauro maior metus, gnaræ vtique fore, vt ab ſe data repetantur; hinc demum nullius prætерquã ſuimet deſpicientia & in eos etiam quos videt manifeſta crimina patrare miſeratio trepida, ſibique eadem pertimeſcens non indignatio ſecura. Denique pariter cum humilitate omnia nobis bona proueniunt, cum vbicumque eſt, ibi ſit & ſapientia, quæ illam eorum vniuerſitatem ſecum trahit. Tutò enim Diuina Maieſtas ſuas opes committit nihil earum ſibi direpturis; gaudet è luto ac puluere, in altum pauperes efferre; ac in vaſa duntaxat vacua, olei ſui pretioſa fluenta infundit

Sap. 7. 11.
Prou. 11. 2.
Pſal. 18.

6. Imò,

Digitized by Google

6. Imò, quibuſcunque deſtituamur aliunde, ſupplet horum vicem humilitas, ſi modò vt par eſt, ſuis partibus fungatur. *Stultus eſt*, ait S. Bernardus, *qui confidit niſi in ſola humilitate, quia apud Deum, fratres, ius habere non poſſumus, quia in multis offendimus omnes*; Quid ergo reſtat, præterquam ad humilitatis remedia vt totâ confugiamus mente, & quicquid minus in cæteris habemus de hac ſupplere ſtudeamus, ad hanc nulla eſt opus ſanitate, fortunis, viribus; habet quiſque ad manum, ſibique adeo cognatas quibus ad eam incitatur, & adigitur cauſas; quin iis etiam, ne virtute præſtantes compellerentur languidius, & earum lancem magna Dei munera eleuarent, addit iis pondus quorumdam defectuum prouidentia cæleſtis, & dum illos maiori ex parte perficit, at mauult in leuibus eſſe imperfectos, ſuarumque tædio labecularum tabeſcere quàm de mirabilibus tumere. Vnum ſæpenumero, non dicam verbulum, ſed vocis accentus, ſuſdeque nos vertit, fœdaſque in nobis tempeſtates

Serm. de diuer. 26.

Greg. Paſtor 4. p. & 34. mor. c. 15.

peſtates ciet; Quid ſi tota ventorum ac fulminum rabies in nos verteretur! heu, quales & quantuli ſumus, quàm imbelles, & plumâ leuiores!

7. Sed hac diuinæ miſericordiæ tam ſalutari arte ſi vti abnuimus & tam clemens, ac præſens alexipharmacum noſtrâ ſuperbiâ eludimus, peccatis non raró grandibus, & manifeſtâ luxuriâ occultam contundit ſuperbiam, arrogantemque animum probroſis ignominiæ paſſionibus permittens, regem Babylonis in figuram vitamque horrendæ beſtiæ traducit, qui ſummus eſt furor iraſcentis Dei, plaga inimici, & caſtigatio crudelis, gladio ſcilicet ad vſque animam pertingente. Et tamen, ô ingẽs ſuperbiæ malum! audet B. Auguſtinus, affirmatque ſuperbis vtile in apertum aliquod peccatum prolabi, vnde ſibi diſpliceāt, qui iam ſibi placendo ceciderant. Ait quoque S. Gregorius Dauidi ac Petro diſſimulatum animi tumorem, & quem ne ipſi quidem aduerterent, ruinæ principium extitiſſe quod cùm ſerò tandem percepiſſent, & lapſum, & cauſam pœnitentia

Hieronym, 30. 15. & c. 4. 10. Lib. 4. Ciu. cap. 13. & ſerm. 53. de verb. Domini.

Sur. 8. Ianuarÿ.

Digitized by Google

tentia expiaſſe. At, ô miſericors iudex, & parens optime, reum mitius feri, morbis, dedecore, tentationibus, contemptu, & quibuſlibet iniuriis, calamitatibus, incurſibus Dæmonum confidentiam inanem diſiice, tumorem preme, arrogantiam plecte, verumtamen animam meam ſerua. Iob. 2. 6.

CAPVT XII.

De Tentationibus.

NEMINI fruſtra ſapientia indicit, vt ſeipſum mancipaturus Deo animam paret ad tentationem; Eccl. 2. mox enim illud quod nobis pertinaciter adhæſit congenitæ labis reſiduum, inſidiatur animo conditionis ſuæ iura repetenti; terra ſpiritui; meliori deterius; vetus homo quem circumferimus inuiti, nouo & ſecundum Deum creato. Erras frater, erras, ſi putas vnquam Chriſtianum perſecutionem non pati, ait B. Hieronymus; tunc maximè impugnaris, ſi te impugnari neſcis; flagrantem enim tentationum fomitem omnes perpetuò

Digitized by Google

tuò gerimus inextricabili complexu ſuo pabulo illigatum; omnes qui
1. Timoth 3. 11. piè volunt viuere in Chriſto IESV perſecutionem patiuntur. O ſolatium & leuamen! nam qui malè & extra Chriſtum, impugnationẽ non expe-
Gregor. lib. 24. mor. c. 13. ctant, ſed eam deditione anteuertunt, eos hoſtis pulſare negligit, quos quieto iure poſſidere ſe ſentit; nec eſt certius argumentum proſtratorum à nobis dæmonum, quàm ſi nos acerrimè oppugnent.

Matt. 4. 1. Marc. 9. 25. Greg. mor. lib. 24. c. 12. lib. 23. c. 18. 2. Quoſdam hæc pugna tum primùm exagitat cùm exire cœperint ex Ægypto, cùm in deſerti receſſibus ieiunia, preceſque colere cùm ex iis Dæmon Chriſti imperio abigi, ne in ſua ſibi conuerſione plus iuſto placeant, vel oſcitantius ſecuri intepeſcant: non ſentit auicula, quo implicita eſt laqueum, niſi cùm euolare tentauerit; non exerit carduus ſpino-
Climac. c. de diſcret. S. Greg. ſum caudicem, donec humi defoſſa eius radix calcari deſierit; latent in nobis virulenta ſemina vitiorum, quamdiu multiplici aliarum cogitationum agmine premuntur; mox vt nos collegimus, erumpunt; alios tranquilla

quilla conuerſionis initia (ſic Deo viſum) excipiunt, ne fortè adhuc imbecillos pœniteat, ſi videant aduersùm ſe bella conſurgere, & reuertantur in Ægyptum, vel inſultante iam purgatioribus oculis anteactæ vitæ horrenda imagine deſperent: Quoſcunque tamen exerceri tentationum bello diuina ſapientia permittit, magnas inde illis vtilitates & præmia deſtinat. Exod. 13. 17.

PRIMA PARS.

Quanta ſit tentationum vtilitas.

1. QVid melius cautionis turæ auctore ac magiſtro, metu peruigili & erecto? quid ſecuritate mentis periculoſius, ſimiliuſque tranquillitati blandæ turbulentiſſimi Oceani? ob hoc melius nobis negotium & hoſtis, quàm otium & pax committuntur, cùm iſta nos ad confidentiam & torporem; ad labores illa erudiunt & conſuetudinem præliandi. *Caſſian.* Iudith. 3.1.

2. Deinde,

Gregor. 23. moral. c. 24. 2. Deinde, vt his viæ huius quam indixit nobis exilij tempus, ſpretis inanibus diuerticulis; illa nobis parata beatitudo vera vbertaſque vitæ immortalis, & deſideretur ardentiùs, *Aug. 13. Tr. in c. 15.* & contentiùs quæratur, nec iuſſis ad patriam pergere placere ſtabulum pro Domo paternâ incipiat: oblinuntur nobis papillæ fluxarum dulcedinum amariore ſucco, vt lacte depulſi *Idem Pſ. 40 Greg. Serm. 64. Cantic.* ad Deum ire compellamur.

3. Quis coronabitur, inquit Bernardus, niſi qui legitimè certarit? at quo pacto certemus, ſi deſit à quo impugnemur? acceptos Deo neceſſe eſt tentationibus probari, & harum veluti malleo, Salomonici Templi ſilenti ſtructuræ ac felici aptari. De- *3. Reg. 6. 7.* mùm, quicquid bonorum perpeſſionibus, & ærumnis tribuitur, quid autem iis aut gloriæ, aut vtilitatis negatur? id omne tentationibus conuenit forti animo exceptis.

Proc. 4. relig. c. 1. 4. Addit S. Bonauentura, amantiſſimum noſtri Deum, per eas felicitati noſtræ accelerandæ conſulere, ac diris alioqui obnoxiam flammis, argenti noſtri rubiginem leni hoc igne

igne defricare, vt ex eo vas puriſſimum exeat, cæleſtibus abacis illico inferendum. Prou. 25. 2.

5. Præter hæc notum eſt pocillatorem Pharaonis, ſecundis rebus, interpretis ſui factum immemorem; Oziam Dei contemptorem; Hebræos factoris, ſeruatoriſque deſertores; at cum ignominiâ vrerentur, affligerentur, mactarentur, redibant videlicet ad ſeſe, & ad illum patrem, quem ſaginâ ſuperbi calce abiecerant; Dei cauſam rebelli auditu ſæpiùs reiectam acris vexatio, & confixa ſpina perorabat; verùm iſta quæ ſiſtunt in diſcruciando corpore ab iis parui fiunt, quorum animus in cælo eſt; illa vt terribiliùs percellunt, vt torquent crudeliùs, quæ raptant illos in æternæ ſalutis penè perpetuum diſcrimen, ſic Deo cogunt arctiùs adſtringi, nouiſque illi quotidie precibus, deſideriis, vinculis alligari. Gen. 40. 23. 2. par. 26. 16. Deut. 32 15. Pſ. 82. 17. Pſ. 106. 13. Iſai. 28. 19. Pſ. 31. 4.

6. Accedit, quòd quantuli ſimus, quàm imbecilli, ac miſeri, tentationibus docemur, qui eſſe nos aliquid tacitè, apud nos iactabamus; ex quo fit, vt Deum ſoſpitem conſtantioribus

ſtudiis quæramus: ſic mater à filio tantiſper abſcedit, quo intentiùs clamanti, accuratiùs quærenti, ſtringenti arctiùs, viciſſim illa ſuauiùs blandiatur, ita Deum nobiſcum agere Gerſon piè, veréque admonet; hinc item hoc pluris Dei auxilium facimus, & excipimus illud gratiore, amantioreque animo, quò magis neceſſarium, atque opportunum, & præſens experimur: Vnde illa ſancti Vatis gratulatio & celebratio diuinæ opis. ***Niſi quia Dominus adiuuit me, paulò minus habitaſſet in inferno anima mea.***

S. Greg. Exod. 15. 1. Pſ. 93. 17.

7. Probari verò tentationibus, vt nauarchos & duces tempeſtatibus ac præliis; excoqui ad purum, vt fornacibus metalla; radices agere, corroborarique vt ventis arbores, vbique penè Scriptura confirmat. Quam enim ſentimus infirmitatem in pugnando non faciunt hoſtes, ſed indicant, ac ſi ſtrenuè impugnentur, erigunt & coronant; quo igne abſumitur palea, ſplendor auro & argento creſcit; quibus vndis merguntur Ægyptij, Hebræi lauantur, inſtituuntur, ditantur; quo ferro ad ignem præſcin

Iud. 3. 4. 1. Cor. 11. 19. Sap. 5. 5. Eccl. 27. 6. Prou. 17. 3. *Auguſt.* Exod. 14. 29. Ioan. 15. 2.

præſcinduntur emortui palmites, eodem ad fructum putantur legitimi; Arcam attollunt aquæ, ſed immensâ iam copia aſſurgentes; virtus denique in infirmitate perficitur, ac prout vrgeri ſe aduertit, ita ſe vndique obſeruat, munit, tuetur, & confirmat. Gen.7. 17.

8. Ad hæc, è S. Bonauenturâ, ſingulari Deus & inuſitato virtutis illius præmio, & excellentiâ illos donat, qui furentibus in illam vitiis inuictum pectus obiecerint: Sanctis Benedicto & Thomæ profligatus ſemel inſigni facinori hoſtis fœdiſſimus inſignem caſtimoniæ lauream texuit: quorum fortitudo dubias hæſitationes religioſæ ſuæ fidei obſtrepentes & contumelioſos in Deum motus conſtanter repulerint, iis tum eximiam in Chriſti doctrina perſpicacitatem, tum incredibilem amorem erga Deum, diuina bonitas concedit. S. Bonau. Macti, quos hæc certamina fatigant! parat vobis munerarius optimus de comedente cibum, de forti dulcedinem, labores manuum veſtrarum lautas vobis prębebunt epulas, & veſtros ſubiicietis exactores; contra verò tibi Iud. 14. 6. Pſal. Iſa. 14. 2.

ſi pugnæ impatientia, & fallax deſiderium pacis ingloriæ, hoſti cedere perſuaſit, exagitabere inde ferociùs; tuæque in Chriſto libertatis, per admiſſam peccati, dæmoniſque tyrannidem imminuto iure ac viribus, inſtabilior fies, & factus peccator vltrò iam adiicies ad peccandum; quem enim acriter obſiſtendo ſemper debilitamus hoſtem, ac tandem frangimus; ſuccumbendo, robore, rabie, inſolentiâ inflamus.

Thren. 8. Eccl. 3. 29.

9. Nec omitti debet, quod animaduertunt & commendant ſancti feruorem ſpiritus, diligentiam exquiſitam, precandi ſtudia tentationibus acui; ſecurâ quiete langueſcere: Thebæ Lacedæmonum, Romanorum Carthago cos olim dictæ ſunt; orandi Dei affligendique ſui cos eſt atque auctrix aſſidua periculorum neceſſitas; quia cùm à cacodæmone perterremur atque perturbamur, tunc, ait B. Chryſoſtomus, frugi efficimur, tunc nos agnoſcimus, tunc omni ſtudio ad Deum confugimus; & quamuis hirudo id ſpectet ſolùm vt ægrotum exſugat, ignis vt cremet

&

Digitized by Google

& abſumat, dæmon vt proſternat ac perdat; ſed iis agunt medici vt ſanent, Deus vt ſeruet, & triumphis condecoret, ac maligni hoſtis inſanos conatus in noſtram perniciem intentos cogat noſtræ gloriæ famulari; quin etſi pugnando retrò interdum paululum cedamus, vacillemus, perſtringamur etiam ſumma cute, vulneremurque plagis debilibus; verùm aliunde perferendo, ſudando, reſiſtendo, nihil ad defenſionem omittendo, non ea tantùm reſarcimus damna, ſed prouentu etiam meritorum præmiorumque cumulamur. Sic infantem mater vix dum prima ponentem veſtigia dimittit, mauult identidem lapſare, quàm inceſſu diutius carere. Præclarè igitur B. Iacobus vult nos magno gaudio ducere cùm in tentationes varias incidimus; præclarè is quoque apud B. Dorotheum Monachus, qui ſæuis licèt ſtimulis laceſſitus, at Deum pro ſui liberatione rogari abnuit, ne aſperitatis erga corpus & ieiuniorum neceſſitate iam defunctus ab iis ceſſaret, præclarè ac mirabiliter S. Ephrem terreſtri quodam

1. Cor. 10.15.

Iacob. 2. 2.

Doctr. 13.

Climac. 29.

dam inconcuſſæ pacis cœlo fruens, ad vincendi materiam & occaſionem priores auebat, precabaturque pugnas.

Eccl. 34. 9. 10. Denique qui non eſt tentatus quid ſcit? multa expertus cogitabit multa, qui non eſt expertus pauca circumſpicit; deprehendit, cauetque pauciora. Eſt ergo tentationum labor diſciplina optima tentatis ſuccurrendi, quemadmodum ægrotos iuuandi longa morborum perpeſſio, & quanquam moleſtus & acerbus, at in ſe certiùs obſeruat legitque diſtinctiùs quibus alios erigat ac ſoletur, quàm ex diuturna librorum conſultatione reſcire potuiſſet; cuius quidem artis ignoratione, ita quandoque à multis peccatur, vt eaſdem quas malè in aliis curarant, ægritudines incurrant, ac ipſimet etiam impugnentur, qui duri cenſores fraternæ imbecillitatis, ſeipſos conſiderare neglexerant, qualis, vt alios omittam is ſenex fuit in quem Abbatis Apollinis adprecatione, iunioris eſt tranſlata vexatio. Sed hi tentationum fructus, & qui poſſunt maiori numero

Caſsian. coll. 2. Abbat. Moyſis c. 3.

proferri

proferti haudquaquam faciunt quin earum nobis accuratè ſint præuidenda remedia.

SECVNDA PARS.

De tentationum remediis.

1. PRimum inter iſta remedia, ſumméque neceſſarium illud eſt, quo aduersùs Tyrannos inuicti Martyres, aduersùs dæmonem poſt ſanctos Paulum & Iacobum Apoſtolos, magnumque Antonium B. P. Ignatius vſi ſunt, fortis, inquam, fidenſque pugnandi alacritas, interritum animum hoſtibus obiectans, nulliſque ipſorum inſultibus labantem: nam vt metu noſtro ac mœſtitiâ geſtiunt, ſic hilaritate vegeta deiecti fugantur inſtarque mulierculanum proteruè cum viris iurgantium, mox vt puſillum in nobis ingenium notarint, feroces ſe præbent; vt altum & cum lætitia, prælia Domini præliantem, imbelles & ignauos. Epheſ. 6. 10. Iacob. 4. 6 Reg. 22. ad motus animo diſcem. 1. Mach. 3. 2.

2. Ad hoc iuuerit non parum

B. Bernardi monitum; *Videte*, inquit, *fratres, quàm debilis eſt hoſtis noſter, qui non vincit niſi volentem; quàm enim alacer, & gaudens in campum deſcenderet, ex cuius arbitrio glorioſa penderet victoria: vox diaboli eſt mitte te deorſum, id cunctis vbique occinit, verùm ſuadere poteſt, præcipitare non poteſt; latrare poteſt, ſollicitare poteſt, mordere autem, niſi vltrò ſe illi ſtultè ingerentem omnino non poteſt*, Chriſti nimirum potentiâ & imperio ligatus. Quare illum irridens ludebat magnus Antonius, quòd poſt Chriſti aduentum debilitatis conſcius, in vnum homulum exercitus dæmonum educeret.

Hieron. in 4. Matth. Auguſt. l. 20. de ciuit. c. 8.

Serm. 197. de temp.

3. Verùm Dei ſpectantis, propitius, ac præpotens oculus, ingens eſt militum ipſius, & certa fiducia; quis enim ſub Regis aſpectu, coronam tenentis, ac incredibili ſtudio fauentis, non libenter & toto impetu hoſtem vel ſuſtineat, vel irrumpat? Oculi Domini fortitudinem nobis ac vires ſuggerunt, & nobiſcum pariter ac in nobis pugnant: ingemiſcunt perſæpè, ac illud, *Heu, Heu, Domine mi, quid facie*

2. Par. 16. 9.

4. Reg. 6. 15.

faciemus? tacito clamore, fletuque tollimus, nec videmus plures nobiſcum eſſe, quàm cum hoſte; ſtare pro nobis Deum; bonæ ipſius voluntatis, noſtrique amantiſſimæ inuiolabili clypeo nos tegi; adeſſe nobis tanquam inuictum bellatorem, idcirco caſuros qui nos perſequuntur, & frangendos viribus, vehementerque confundendos. Rom. 8. 13. Pſ. 5. 13. Hier. 20. 11.

4. Nam ardent hi quidem efferatâ in nos inuidiâ, ſed multò in Deum Parentem noſtrum ac Dominum, cuius in nobis horrent imaginem maioribus odiis vruntur, quibus ne ipſi potiantur, vitâ nobis prius quàm pugnâ cedendum, neque dubitandum, quin ſuæ præſto ſit cauſæ Deus, & ad eius aſpectum fumi ac ceræ modo euaneſcant.

5. Ac vt ipſe interdum ſimilis dormienti, attolli maria, ventos creſcere patiatur, nec tantùm ægrotare Lazarum, ſed & mori; verum legit momenta ſedandis fluctibus opportuna, mortem cogit ad vitam prodeſſe; pro impugnantium rabie ſua auxilia ſic diſpenſat, ſic eorum furo- Math. 8. 23. Ioan. 11. 4. 1. Cor. 10.

rem infra tenuitatem noſtram coërcet, vt poſſimus in gradu perſtare, ac vincere; nullus ita ſubtili examine medicus, ad ægroti vires pharmacum caſtigat, nullus æquè ignem coquendæ teſtæ, ſcitè, cautéque figulus admouet, vt Patris mitiſſimi bonitas, tentationum vires noſtris attemperat; & eſto, Ioſephus diutiùs in carcere marceat, ſed eo admirabiliùs in Regni conſortem euehitur; iactetur Dauid per diuerſas mortes tanquam vitreus circulatoris manu ſcyphus, ſed eas affixa lateri prouidẽtia moderatur, illumque de mortis faucibus non liberat ſolùm, verùm etiam exaltat; ſorbeat Ionam immanis bellua ſed eam Dominus præparauit, & quod Ionæ ſepulchrum putabatur, in Templum & azylum vertit. *Noli timere quia redemi te*, ait vnicuique per Prophetam ſuum, *& vocaui te nomine tuo, meus es tu; cum tranſieris per aquas tecum ero, & flumina non operient te; cum ambulaueris in igne non combureris, & flamma non ardebit in te, quia ego Dominus Deus tuus ſanctus Iſrael, ſaluator tuus.*

S. Ephrem ſerm. de patientia.

Pſ. 30. 16.

Pſ. 91 5.

Ion. 2. 1.

Cypr. ex. ad martyr.

Iſa. 43. 1.

6. In

6. In hunc ergo ſpes noſtræ transferendæ ſunt penitus ex nobis, in eo plenâ operæ noſtræ atque induſtriæ diffidentiâ, ſtatuendæ, qui protector eſt ſperantium in ſe, eoſque liberat & ſeruat; cuius contra tentationes præſidij validam efficacitatem, ipſemet Deus promiſſo ſtabiliens, eius quoque cauſam manifeſtat: *Protegam eum*, inquit, *quoniam cognouit nomen meum* nec ſibi tribuit, explicat Bernardus, quod liberatus eſt, ſed nomini Dei dat gloriam, ob hoc eius cauſam vindex ſuæ gloriæ Deus ſuam facit, eiuſque defendendi curam in ſe ipſe tranſcribit; *beneplacitum eſt Domino ſuper timentes eum, & in eis qui ſperant ſuper miſericordia eius*; ſuarum autem æſtimatione opum perperam innixos, ſuæ inopiæ relinquit; vnde ſancta illa B. Auguſtini animaduerſio vitiorum quorumdam reliquias, nimis ſæpè in nobis hærere mordicus, & noſtras omnes contentiones retundere, non vt damnemur, inquit, ſed vt humiles ſimus, ſuam nobis Deo gratiam commendante, ne facilitatem in omnibus aſſecuti

Pſ. 17. 31. & 90. 14. & 16. 7.

Serm. 15. in Pſ. 90.

Pſ. 146. 10

Lib. 2. de pecc. meritis & remiſſ. c. 24.

noſtrum putemus eſſe quod eius eſt, qui error multum eſt religioni pietatique contrarius, dum tandem ſexcentis edocti caſibus quàm ſimus nihili fateamur, quàm Deo fauente potentes omnium euadamus.

7. Huius fiduciæ nihil ex ſe præter contumeliam lapſuum & infirmitatem, à Deo autem omnia expectantis, adminiſtra eſt ſancta precatio, quod ſperat cælitus, aſſiduè petens, illudque monitoris ſummi tam ſancitum exemplo, quàm multorum clade nunquam ex animo deponens, *Vigilate, & orate, vt non intretis in tentationem* orandi formulas in hunc ſcopum innumerabiles ſacræ paſſim ſuggerunt paginæ, ac ipſa non rarò vis neceſſitatis ex imis præcordiis educit, quorum illa cuique aptiſſima, & præſtantiſſima futura eſt, ex qua ſibi plus ſolatij venire perſenſerit.

Matt. 26. 41.

8 Iuuerit etiam mirum quantum dæmonis artes in ipſum obuertere, ac vt ipſe ducum & aucupum more debiliorem noſtri ad impreſſiones faciendas explorat partem, & quâ quiſque eſcâ maximè delectetur

ita

ita nos idem in nobis ſcrutemur, & quò potiſſimùm deprauatæ naturæ inueteratus impellit vſus, vel perturbatio, vel innata propenſio, inde maiora præſidia opponamus, moxque vt tentari aliquâ mentis ægritudine cœperimus, ſtatim nos virtutis illi aduerſantis robuſtis actibus muniamus.

9. Sed dici non poteſt, vt in cruentis illis, ſic iſto in bello quanti ſit agendi celeritas, & principiis obſtandi; allidendi ſunt ad petram paruuli; paruulæ vulpes ſtrangulandæ, necandus hoſtis dum paruus eſt; nequitia ſuo in ſemine præfocāda, quod S. Pacomio Abbati, ne ipſe quidem inficiatus eſt cacodæmon formoſæ mulieris doloſâ ſub ſpecie fruſtrà latens; agnitus enim atque obiurgatus, ſi primis, inquit, ſuſurris noſtris velut ſcintillis aurem commodatis, maiora continuò incendia miſcemus, at ſi motus primos cogitationum repellitis, illico in auras inſtar nebulæ diſſipamur.

Pſal. 125. Cant. 2. 15.

Hieronym.

10. Denique (nam poni omnia non poſſunt) vix vllum dæmoni

aditum

Digitized by Google

aditum relinques, ſi te ſemper inueniat occupatum, quod S. Antonio dicitur Angelus monſtraſſe, obiectâ illi adoleſcentis forma alternis vicibus terram fodientis, & ad precem genua flectentis; ac refert S. Auguſtinus voce hac etiam diuinitus edoctum, *Antoni, ſi cupis Deo placere, ora, & dum orare non poteris, manibus labora, & ſemper aliquid facito; alioqui vacans & otioſa mens, vrbs eſt ſuos hoſtes portis patentibus inuitans.*

Serm. 17. ad fratres de heremo.

Tertia Pars.

De tentationibus ſpecie fucatis, impuris, & impiis.

Bern. ſerm. 66. cant.

1. Cum bonus vix decipiatur, niſi boni ſimulatione. Primum inquit, S. Bonauentura, obiiciuntur nobis à dæmone bona quidem per ſeſe, tametſi pernicioſo conſilio; tum malis latentibus ſubærantur; poſt falſis adiunguntur bonis ac veris, demùm & lethalibus malis, cúmque iam hominem ita irretiit, vt euoluere ſe niſi magno labore non poſſit,

poſſit, tunc verò clarè venena confi-tetur & manifeſtis illum criminibus perdit. Quàm multos nouimus ami-citias, neceſſitudines, alloquia ſpiritu cœpiſſe, carne concluſiſſe? quàm mul-tos ab aduerſariis ementito virtutis oſculo proditos? quot à meridiano dæmonio, plenæ lucis Angelum re-ferente, ſuâmque teterrimam noctem fuco exempli, fructuſque mirabilis illuſtrante?

2. Vnum eſt verò commune om-nium, ſed huic generi proprium ac ſingulare antidotum, ſi has eſſe frau-des inſtantis iugulo aduerſarij agno-ſcas, & perſuaſum omnino habeas hanc eius tentationem eſſe in tuum interitum comparatam; quis enim ſibi adſtantem dæmonem non dico ſi norit, nam eſt ferè id omnibus com-pertum, ſed videat, audiatque non ſe ſtatim cruce ac precibus muniat, cer-tus niſi ad perniciem aliquam non adſtare.

3. In illa verò, quæ caſtimoniam, aut Chriſti honorem, fidemque im-petunt, nullum eſt telum contemptu præſentius; itaque qui frontem con-trahunt,

trahunt, renuunt capite, oculos comprimunt, verbis etiam ſe nolle aſſerunt, plus ſibi turbarum quàm ipſa tentatio conſciſcunt, ſunt hi Saülis excubitori perſimiles qui procul clamantem proximus ipſe dormienti magnis vocibus increpabat, quod regis ſomnos perturbaret; ſibíque caput, hac imprudentiâ, non orationis ac rerum piarum ſtudio obtundunt: Latrant catelli dum per vicos tranſis, ſine ſis, latrent, ac cœptum perage; nam ſi reſpicies, ſi voce aut fuſte territabis, importunius allatrabunt; ventus tibi in os multum puluerem adſpergit, claude oculos, & perge; quid fruſtra in ventum diſputas, cùm peius interim ab eo ac diutiùs habearis: ſed, ais, imaginibus horrendis animus oppletur! tanto ergo ſunt magis cõtemnendæ cum horrore illo quem præferunt, plus odij tibi, quàm illecebræ obtrudant. *Moleſta eſt lucta,* inquit S. Bernardus, *ſed fructuoſa, quia, ſi habet pœnam, habebit & coronam; non nocet ſenſus, vbi non eſt conſenſus, imò quod reſiſtentem fatigat, vincentem coronat;* in his verò cauendum

De inte. Domo.

dum præſertim à nimio metu, quo neceſſariò excitata imaginatio, animum & corpus deterius afficit; ac licet laudandus, curanduſque ſit generatim diuinæ offenſæ ſanctus timor, at infeſtæ cogitationis tentationiſque ableganda quàm poteſt longiſſimè quæuis memoria, & huc magnopere conferet habere in promptu ſenſus pios crebra tritos meditatione, nobiſque familiares, in quos placidè ſubductum à prauis ſuggeſtionibus animum ſtatim deflectamus; ſiue ſint de Christi vulneribus, ſeu de pœnis damnatorum, aut aliis prout quidque ſingulos plus tangit. Memorant ex dæmonibus duos duorum impugnatores Monachorum, quæſiſſe inuicem ecquid ſibi aduersùs ipſos bellè procederet; bellè, inquit, alter; nam meus monachus vt primum quidpiam ſuggeſſi, auſcultans hæret, animo deinde in eam cogitationem anxiè reducto, num volens hæſerit, num quidquam peccarit, num ſatis obſtiterit, vtrùm aſſenſerit, quam illi dederit, vel admiſerit, vel paſſus ſit cauſam, & eiuſmodi ſexcenta

Smarà. Abbas lib. de gem. animæ.

ta

Digitized by Google

ta inueſtigans penè cerebro linquitur, & inſanit. Mihi aiebat alter, res in contrarium ſuccedit, vbi Monacho meo aliquid obieci, confeſtim mente ad precationem, opuſve tranſlatâ ſolum ac vacuum me dimittit.

QVARTA PARS.

Cautiones quædam perutiles ad tutiorem tentationum expugnationem.

1. VT eſt diuerſa hoſtium ratio, ita ſunt vario armorum ac pugnæ genere vincendi: quædam ſunt vitia quæ ſecum tædij ac mœroris, ærumnarumque multum habent, quales ſunt iræ, tumores, odia & hiſce affinia; quædam habent adiunctam voluptatem, & coniuratos in arce quam obſident ſenſuum motus infinitos; priora illa commiſſis prælijs, obiectâ fronte, pertinaci certamine, inueſtigando, inſultando, pugnando franguntur ſenſim atque debellantur; in alia verò niſi fugiendo non tutò

tutò certatur ob inteſtinos ſcilicet proditores, infamibus ſemper ſuadendis animi noſtri deditionibus incumbentes; Eſtque hæc ſapiens Sanctorum Climaci, Bonauenturæ, ac omnium ferè cæterorum poſt S. Paulum ſententia.

Cap. 26. de reform. ment. c. 3. & proceſſ. 4. relig. c. 12. 1. co. 6. 18. Chron. S Franciſ. c. p. lib. 6. 1. 58.

2. Neque tamen tot iſta ſufficiunt, niſi qui ſolent in eorum vſu, tanquam pharmacorum errores, vel difficultates incidere, periti medici certioribus conſiliis præuertantur: aperiendæ ſunt igitur non paſſim cuiuis medico, ſed tui conſcio, ægritudines hæ occultæ, de quo nos aliàs fuſiùs, ac de remedij optione, vſuque cum eo conſultandum.

Eccl. 8. 22. 3. part. Baſil. reg. breu. 129.

3. Interea verò dum nube diſcuſsâ ſolem nobis purum Dominus reducat, durandum fideliter in conſueto munere pietatis nec quicquam de eo detrahendum, ne hoc veluti abiecto clypeo, aduerſarij telis pateamus, tantúmque illi de nobis gaudij ac ludibrij præbeamus, quantum eo vrgente de quotidianis virtutum officiis nobis deceſſerit; & hoc eſt cum Chriſto in tentationibus permanere,

Luc. 22. 28.

re, quod gratulabatur ipſe Apoſtolis, & ſocietate regni penſare deſtinabat.

S. Ignat. Reg. 5. ad diſcern. motus.

4. Ad hæc, dum ponant fluctus, & nitor animo, dæmonum flabris agitato, cum pace redeat, abſtinere oportet nouis conſiliis vtpote à Dæmone futuris; & iis inſiſtere, quæ in mentis luce pietas ſerena priùs dictauerat.

5. Sed hæc & plura quæ pronum eſt fuſiùs dictis adſtruere cui tandem bono & emolumento, niſi, excuſsâ ignauiâ, & tepore abiecto, in opus redigantur? Videre viſus eſt ſanctus ſenex ignauum Monachum, cui fruſtra ſæpiùs turpium cogitationum depulſionem ab Deo popoſcerat, alludenti ſibi impuro ſpiritui variis vultibus fœminarum, otioſè ac iucundè attentum, indignante interim Angelo tutelari, quòd ad fugam & preces, piúmque laborem non ſurgeret; quo ſpectaculo inſtitutus, poſtulanti (vt crebrò antea) orationes fratri, tuâ frater, cùlpâ nihil agitur, & ſi millies Deum tuâ causâ precatus fuero, niſi tu quoque ieiunes, vigiles, precere, ac

Vita Patrum.

ſanctis

ſanctis operibus inſudes, impurus hoſtis haudquaquam te liberum relinquet: fruſtra enim lecto affixus æger medicatis potionibus curatur, ſi gulâ victus earum vim omnem cibo noxio corrumpit.

6. Demum repugnando, cùm ſint multi gradus religioſæ fortitudinis, parum eſt in imo conſiſtere, illuc eniti decet, vbi non tantùm ſalui ſimus, ſed laceſſitæ virtutis egregiis actibus, ſua in hoſtes retorqueamus tela doloremque ab iis fabricatum in eorum capita conuertamus. Chron. S. Franciſ. p. 2. l. 7. c. 8.

CAPVT XIII.

De immoderato in parentes & cognatos amore.

TAM altè hæc tabes medullis hominum inſedit, vt eum de illa reuellendâ S. Pater Ignatius nobis præſcriberet, ex conceptis Chriſti Domini verbis, huic vni regulæ auctoritatem putarit accerſendam. *Qui non*

Reg. 6. Summ. & §. 4. exam. c. 1. 2. Luc 14. 16.

non odit Patrem ſuum, & matrem, non poteſt meus eſſe diſcipulus; non quod improbum ſit Parentes plus cæteris amare, cùm id rectæ quoque naturæ æquitas commendet, ſed quòd is amor à Deo proficiſci, & in eum ſpectare debeat; parenteſque idcirco aliis præferre, quod iuſſerit Deus eſſe illos nobis aliis cariores & ad cæleſtia æternaque amari; qui ordo cum à nobis turbatur & in infimo illo amandorum Parentum hærere gradu non erubeſcimus, in quo cæteras animantes natura conſtituit, multa inde labes virtuti noſtræ ac ſaluti, quin & clades non rarò vltima infertur.

PARS PRIMA.

Quanta religioſæ virtuti damna immoderatus in agnatos amor inferre ſoleat.

Reg. fuſius diſp. 32.

1. HÆc damna paucis quàm multa & magna ſint Baſilius Magnus apertè ſignificans præterquam

quam quod ait, nullam iis vtilitatem exhibemus, inſuper & noſtram ipſorum vitam tumultibus & turbatione implemus, & peccatorum occaſiones attrahimus, inter quas primùm iure annumerat, prioris vitæ memoriam; nam ſi vetant prudenter animæ præceptores, vitæ præteritæ peccata ſeorſum ſingula in mentem reduci, ne illam magis lenocinio ſuo pelliciant, quàm ſui horrore, ac deteſtatione percellant; quantum quæſo cenſendum ineſſe periculi, ſi non modò in mentem fœda, ſuis probris, & atrata, ſed (quod neceſſe eſt ex agnatorum conſuetudine) in ſenſus ipſos ſuis vndequaque ſubornata illecebris redeant? Deinde verò parentum ſtudiis ac vita facilè quiſque imbuitur, & eorum cogitationibus paulatim tandem afficitur, gaudet, irretitur, nihilque minùs aduertens eorum curas, & affectiones ſub religioſo panno verſat, cruciatur eorum aduerſis, diſſoluitur proſperis, rationibus diſtrahitur, operibus & ſculptilibus capitur ſuoque exitiabili ſcandalo dementatur. Quæ cordis vincula

Baſil. conſt. monaſt. c. 21.

Caſſ. Coll. 14. c. 11.
Pſ. 105. 35

vincula, & ægritudines non vitabunt qui ſe à cognatis reipſa non ſegregant, vt nec ſatis ex vero caduca bona vnquam deſpicient, qui ſe illorum poſſeſſione, atque arbitrio non prorſus exuerint.

Baſil.

2. Nihil vero, inquies, ſi ita neceſſe eſt; ſed facultas adeundi parentes, & cum iis agendi ab ſuperioribus conceſſa, videtur planè ſecurum me facere; falleris, mi frater, & in re tam graui de tua ſecuritate, & ſuperiorum conſilio philoſopharis remiſſiùs; non hoc eſt obedientiæ negotium, ſed indulgentiæ; non data facultas (quæ neque ſufficeret) ſed imperioſis parentum votis (ac forſitan tuis) & importuna auctoritate habita vel extorta; quin excuſas tu ipſe, quod facile potes, & cum omnium approbatione, apud tuos cognatos, occupationes, valetudinem, difficultates itinerum, ſolitudinis ab tuis in Chriſto fratribus, ab literis otij, peregrinationis ab Collegio, & religioſis curis impatientiam, centum alia quæ expedita ſunt & proclinia volenti, ac libertatem ſecuræ obedientiæ extra

extra offenſionis aleam ſeruare cupienti. Ne multorum quidem rogatu Abbas Theodorus matris conſpectum admittere ſuſtinuit, niſi, cui ſuberat, S. Pacomius, in ſe id factum reciperet: At hic licèt non ægrè conceſſiſſet, verùm ſi reris, inquit, fili, parum hoc tibi conducere, non cogo; & ceſſit præclarè tam pium vtrimque facinus; nam mater videndi ſpe filij Monialibus adſcribi voluit, quæ ab iis Monachis regebantur. S. Xauerius huic, vt ita dicam, orbi noſtro moriens vt reliquam vitam Indiis viueret, adduci non potuit quatuor leucarum itinere matrem, & cognatos obiter ſalutaret. S. Ignatius, vt in fratris potiùs domum quàm hoſpitalem pauperum diuerteret; P. Petrus Faber, tam multi, tam inſignes (hæc enim exempla per Dei gratiam ſunt Societati vernacula) quibus illud Bernardi animo inhæret, *Quomodo te, bone IESV, inter meos cognatos inueniam, qui inter tuos minimè es inuentus.* *Lib. 6. c. 9. Vit.*

3. Sed Beatus Ephrem ſalubrius aliquid demonſtrat, dum illos vetat

non modò adiri, ſed quoad poteſt, etiam admitti; nam ſi inutilem, inquit, illorum conuerſationem penitus præcideris melius ages. Quid dico, inutilem? tot diſcriminibus perſperſam Cyriaci, Pacomij, & aſceticæ omnis experientiſſimi iudicarunt, vt eam ſubterfugerent omni ope, & huic ipſorum prudentiæ ſuffragaretur miraculis Deus; alij procul, & poſt multos annos acceptas parentum literas ne apertas quidem igni tradiderunt, vt pullulaturas ex iis curas vnâ concremarent.

Prat. Spir. *Sur. 14. Maij.* *Caſſ. lib. 5. de inſtit. renunt. c. 32.* *Lib. 5. c. 1. Vit. S. Ignatij.*

4. Adderem ſpeciem ſuos in Domino iuuandi, concionandi, conuertendi, quam multi ſenſuum deſiderio prætexunt, eſſe hîc etiam timendam, niſi eſſet palàm Chriſti oraculum, neminem prophetam in patria acceptum; niſi S. Paulus, at qualis & quantus, quàm immenſæ iuſtæque expectationis! longè foret ab ſuis in nationes miſſus & multi dum moliebantur ſuos ad Chriſtum pertrahere, ab iis eſſent in fœda, extremaque exitia præcipites acti.

SECVN

SECVNDA PARS.

Quàm præcipuâ curâ vitanda ſit negotiorum tractatio cognatos ſpectantium.

MOnet diuinè ſuo more B. Gregorius, huius in parentes charitatis imprudentiâ & fraude multos profeſſionis immemores, excuſſis ſollicitudinum vinculis denuò ſeſe implicare, palatia & tribunalia terere, atque vt ait S. Iſidorus non ſolùm terrenis, ſed forenſibus iurgiis inuolui, & pro ſuorum temporali ſalute æternam ſuam infeliciter perdere. Hanc maligni hoſtis vafritiem, ſanctam nobis quietem inuidentis S. Baſilius deplorat, ex qua fit vt quicquid deſignant, ambiunt, moliuntur, diſſident & conciliant agnati, videantur ab alio non poſſe quàm ab religioſo cognato pertractari, omnia in illum, quaſi nullum haberent præterea minùs obſeruandum, minùs occupatum, magiſque ſuis illis tricis & rationibus obligatum, omnia inquam pro-

Lib. 1. de ſummo bono.

miſcuè deponant; ita miſer, qui opes, amicos, honores, delicias ſpreuerat, vt curis mordacibus careret, peiores nunc curas ſuſcipit alienis commoditatibus, & cupiditati abiectè ſeruiens, cùm poſſet Abbatem Apollinem propoſito ſequi diſertéque ſe mortuum profitendo parentum ſpes aliò mittere. Vbi nunc ô Sancti, vbi eſtis? Apollo, Paſtor, Ignati, Borgia, cæteri quorum aliqui vt cognatos reos, morti eriperent, perſuaderi nequiuerunt ſolitudine in horam ſepoſita, iudices adire; nos verò quæ negotia, quo ſcopo, quamdiu, quibus heu viis, curſationibus, prenſationibus, diſtractionibus tractamus, quibus diſciplinæ, virtutis, conſcientiæ, communis exempli detrimentis? ſcientes itaque, ait Baſilius, intolerabile detrimentum huius erga cognatos affectus fugiamus illorum curam tanquam diabolicam ad impugnandum nos armaturam habentem: Et denuntiauerat paulò ante hoc erga parentes nimis tenerum ac vile, & pulpæ fragili addictum eò nonnunquam Monachos rapere, vt Cœnobio

Caſſ. coll. 24. c. 9.

Prat. Spir. Vit. Patrũ lib. 5. c. 5. vit. S. Ign. lib. 4. c. 6. Vit. B. Borgiæ.

Conſt. mon. c. 23.

Cap. 21.

Cœnobio furentur, aut præripiant, quæ conſanguineis largiantur, & libertatis ad fructum miniſteriorum neceſſariæ iacturâ, captent à variis, & emungant quibus agnatos ſuos promoueant, nedum alant: ſeipſos ſaltem, tempus & operam negare non poſſunt, quin communitati ſacrilegè ſubducant, huic enim illa, vt idem ait S. Baſilius, ſacrauerant, atque hoc nomine ab ipſa ſubſidiis ad vitam idoneis omnibus fouentur, vnde Theophilactus, ſi ſequi Chriſtum decernenti, per Chriſtum non licuit, Patri prius iuſta perſoluere, *Væ*, inquit, *iis qui Monaſticem profeſſi ad mundana regrediuntur negotia.* in Luc. 6. 60.

TERTIA PARS.

Diſcutitur fucus piæ charitatis, quem hæc in cognatos immoderatio prætexit.

VNus contra ea quæ hactenus dicta ſunt opponitur clypeus, ſanè ingens & terſus, ſed dolo quàm

 præſidiô

præſidio fortior; charitas, inquam, in cognatos, non honeſta ſolùm ſed debita, quam (ne cuiquam illuderet) S. Pater Ignatius naturæ artibus maturè exarmauit. Iuſſit nullum inter ſuos adſcribi qui non eſſet ita comparatus, vt ſi quando putaret adſtringi ſe neceſſitate diuini præcepti, ad ſuccurrendum parentibus, libenter ſuum hac in re iudicium ex eius iudicio fingeret, quem ſuperiores deſignaſſent; vbi verò de bonis ageretur in conſanguineos dumtaxat pauperes diuidendis acquieſceret eorum ſententiæ, quos ſcientiâ & conſcientiâ inſignes ad diiudicandam eorum paupertatem ſuperiore annuente delegiſſet: erogandis nempe in alios pauperes facultatibus, S. Ignatius nihil opus cenſuit tali arbitro paupertatis, vt nec Chriſtus iuuenem vetuit, niſi humando patri ſubſiſtere, permiſſurus haud dubiè, ignoto cuipiam id officij nauare: At enim rationibus parentum tam multæ ab æſtu nimij amoris innaſcuntur procellæ, tot diſcrimina, & errores, tot lapſus & diuerticula tot deſertiones

Greg. 7. mor. c. 14.

&

& ſcandala, vt longè tranquilliùs, honeſtiùs, tutiùs & ipſi tractemus aliena & quæ ad noſtros attinent agnatos ab aliis agantur quàm à nobis. Denique, *qui dixit, patri ſuo & matri ſuæ: neſcio vos, & fratribus ſuis, ignoro illos, & neſcierunt filios ſuos, ij cuſtodierunt eloquium tuum, & pactum tuum ſeruauerunt.* *Grande præmium eſt*, ait S. Hieronymus, *parentis obliuiſci, quia concupiſcet Rex decorem tuum*, quin perfoſſum parentis optimi Chriſti IESV ſcrutamur latus, indignanteſque nobis, agnoſcimus longè nos ipſi abſque vlla comparatione, quàm Patri aut Matri cariore pretio ſtetiſſe? Deut. 33, 9. *Chron. min. 2. p. l. 1. c. 13.*

De triſtitia & hilaritate.

CAPVT XIV.

TRISTITIÆ odium ingens nobis ſapiens indicturus, fructus illius mortiferos, plenè verbis duobus ſic explicat; *multos enim*, ait,

occidit triſtitia, & non eſt vtilitas in ea. Nos horum multorum vt exitio ſeruemur, hæreamus parumper in percipiendis occupandiſque cautâ eruditione cladibus quas infert.

Prima Pars.

Quanta nobis damna triſtitia inferat.

l. 9. de inſt. renunc. 1. TAbis huius perniciem Caſſianus libro integro deſcribens multa ſuppeditat in eius deteſtationem; notat deinde à Propheta cum dolore dictum, *Dormitauit anima mea præ tædio*, non preſſo vtique in ſomnum corpore, qui ferè vt triſtitiam ſequitur, ſic & leuat; ſed vinctâ ſomnolento torpore animâ; ex quo fit vt pia ſtudia, vt ſancta officia, vt iis etiam addictos, & adlaborantes auerſetur, deuitet, horreat nonnunquam ac timeat imo illos quandoq; tanta eſt eius veneni potentia, nitatur impiè à feruoris curſu abducere.

Pſal. 118. 28. l. 10. c. 4.

31. mor. c. 32. 2. Addit, aſperum quoque inſuauem, ſtomachoſum, & intractabilem fratribus

fratribus exhibere, atque vt ait B. Gregorius proximum iraſcenti.

3. Quin vbi quempiam poſſederit dementat adeò & tam cauis ſuſpicionum infatuat, tam inanium ſimulacris, vt quanquam ſint viri alioqui graues & apprimè docti, de ſe tamen ludos & aliis præbeant & ſibi cùm ad ſe redierint; tradunt ſe puerilibus lacrymis, & muliebribus lamẽtis, ſuſpirant altiùs, gemunt, irrugiunt, illud nimium confirmantes, deeſſe ſenſum vbi eſt amaritudo; verùm hoc vno parciùs inſani, quod hos morbi acceſſus præſentiunt, ſecumque conclauium tenebris concludunt. Eccl. 21.

4. Ad hæc, humana mens diuturni mœroris impatiens nec valens delectatione penitus carere; quam inter diuina & religioſa non inuenit, facilè captat ex impuris quæ tunc illi à malo Dæmone noſtrorum inſtinctuum nimis gnaro, mox cum fallaci ſpe ingeruntur potiundorum ex iis gaudiorum, vnde magno dæmonum applauſu, aut ſus lota redit in turpitudinum volutabrum, aut præ triſtitiâ ſeipſam & cœlum deſperat. In *Greg. 18. mor. c. 8. Bonau. l. 2. proc. relig. c. 1. S. Franc.*

Pſ. 103. hac itaque nocte omnes beſtiæ ſyluæ
Pſ. 10. 3. pertranſeunt, omnes praui affectus
20.
Pro. 25. excitantur, omnes tentationum ſagit-
20.
Eccl. 25. tæ rectorum cor impetunt. Denique
17. quod veſti tinea, & lignis teredo, hoc idem animo triſtitiam eſſe, diuinus ſpiritus nos docet, hoc eſt illum omnino perdere; ac breuius alibi, *omnis plaga triſtitia cordis eſt.* Huic tam grandi malo, vt de remedio videamus, inueſtigandæ ſunt imprimis, tùm reuellendæ eius fibræ.

5. Prima ergo radix eſt ipſa non rarò naturæ temperies atræ bili multum obnoxia, ſed hanc triſtium cogitationes cùm multum augeant, & vberiùs producant quàm poſſit pharmacis purgari, non minùs quàm impiæ contra Deum & ſpurcæ aduerſùs caſtimoniam ſunt fugandæ; nec ob id tamen fugienda conſuetudo aliorum, vt ille fruſtrà Monachus fugerat, de quo Surius narrauit; aut rerum tractatio, ex quibus videtur ea oriri mœſtitudo; ſed obterenda potiùs in nobis ex quibus re vera naſcitur, extinguendaque eius radix.

Caſſian. l. 9. Bonau. de reform.

Ianuar. in vita S. Euthimij.

6. Alteram ſancti radicem deſignant

gnant, rerum quibus priuamur amorem, aut deſiderium, qui ſunt noſtri plerumque carnifices; ita quem ſuæ vel commoditatis, vel honoris appetentior animus, certo loco, perſonis, officio tenaciùs affigit, quàm ferat docilitas promptæ, pacatæque obedientiæ; nihil mirum ſi aliquid noui ſemper timeat, doleat, ſuſpicetur; non eſt hæc atra bilis, ſed atra, & ſemper infælix ſuperbia, quæ te diſcruciat; huic, non aliter quàm tui, & rerum quæ ad te pertinent contemptu integro medeberis: ex quo nihil tibi difficile, nihil moleſtum, ſed illam quam Chriſtus corde humilibus pactus eſt animæ quietem inuenies.

7. Poſtrema demum eaque præcipua triſtitiæ origo, arcana eſt conſcientiæ vox, cuiuſque vitam obiurgantis, nulla eſt enim hâc pœnâ grauior, nulli febrium æſtus inquietiores, nulla vſquam cura mordacior; hæc tamen peccatum neceſſariò conſequitur, vt virtutem pax & lætitia, illudque non magis Caino, quàm quibuſuis dictum intelligi oportet; *nonne, ſi bene egeris recipies* (aut ſicut

B rn. de in er. dom. *Plutarch.*

Gen. 4. 6.

alij legerunt, *leuabis caput tuum, ſi autem malè, ſtatim in foribus peccatum aderit*, repetiturus vindictam offenſi numinis, & temeratæ rationis; Quod cùm in omnibus verum ſit, tum in iis maximè, qui bonum Dei donum aliquamdiu guſtarunt, & cùm alacres quos gerebant ad virtutem ſpiritus remiſerint, tandémque abiecerint; reipsâ probant, quantum ſit inter Deum & idola diſcrimen. *Secura mens quaſi iuge conuiuium*, & eius melle, tum ſibi animus, tum animo amara omnia dulceſcunt; hoc pædorem, ſitumque carceris, hoc ferrum & ignes ita beatis Martyribus mitigauit, vt cum ſiſterentur ad Tribunal, toto ore gratias & lætitiam ſpirarent; contra qui ad prima ſuppliciorum tentamina Chriſtum abnegarant, nouo tamen crudelitatis inuento, aut diuinæ potiùs iræ iudicio, non iam vt Martyres, ſed vt homicidæ, ac ſcelerum rei producebantur cum Martyribus; mœſti, attoniti, obſtipo capite, non vtique diuerſitate cruciatuum, qui communes omnibus fuerant, ſed vnâ perfidiæ conſcientia comparebant.

Prou. 15. 15.

Hiſt. eccl. par. 1. l. 4. c. 3.

S E

SECVNDA PARS.

De triſtitiæ remediis.

1. EX iis quæ diximus non ægrè conficitur, quotidianam interioris hominis, diligentemque curam caducarum rerum ac ſui maximè deſpicientiam, ſtudiumque illorum tantummodo quæ nobis eripi non poſſunt; fugám triſtium cogitationum & damnorum quæ mœror inuehit perſpectionem meditatam, præſentiſſima eſſe mœroris antidota.

2. Sed aiunt ſancti præterea, nullum eſſe afflictis, luctuque oppreſſis precatione lætius, & iucundius aſylum. Quare illos vt orent, hortatur Apoſtolus; inops conſilij, ac ſolatij Dauid vnâ Dei memoriâ recreatur, & S. Auguſtinus ait, non foris quærendam lætitiam, ſed intus in interiori homine, vbi habitat Chriſtus, in ipſo corde, id eſt in illo cubiculo vbi orandum eſt; in arca, inquam, pectoris, columbæ inſtar; fluitantia cadauera Iac. 5. 13. Pſal. 118. 54.

dauera dignam coruo ſedem relinquentis.

2. Cor. 9. 7. 3. Quid illa ſacrarum paginarum perpetua & hilaris cura in datore hilari; in ieiunatore vncto, & alacri; in liberalium gaudio, in lætitiis proborum, & Deum quærentium celebrandis atque commendandis, quantum eſt aduersùs mœrores præſidium hæc videlicet voluptas argumentum eſt mentis ad maiora, ſi vſus fuerit expeditæ (vt vice versâ, mœror, nota hominis ſub exoſo iugo ægrè incedentis, & grauitate ponderis offenſi) opus eius vix vnius eſt horæ, ſi paulò longius, præ amore non ſentit, illud Sancti Leonis vbique retinens, religioſorum mœſtitiam non eſſe mœſtam ſed ſanctam debere; hæc item voluptas animi fronti ſuperfuſa cæteros homines, vtpote gaudij cupidos, virtutis eiuſdem ignibus accendit, ex quâ vident illam exiſtere; ac ſcimus aliquos religioſam amplexos vitam, quod cultoribus illius hunc florem lætitiæ conſtantem inuiderent. Denique quod ſcitè aduertit Philoſophus delectatione perfici

Matth. 6. 16.
Eccl. 35.
1. Par. 29.
Pſ. 31. &c.
Bern. in cant.
Eth. 10. 4.

opera

operationem , mœrore corrumpi, tantò in obeundis rebus piis eſt verius quantò iis maius alacritas, quàm lentitudo animi & languor, pretium apud Deum conciliat; nam vt in mœrore animi deiicitur ſpiritus, ſic lætitiâ perfuſus viam decurrit mandatorum; currit, nec laborat, præfertque futuræ in propoſito perſeuerantiæ quoddam pignus; hinc illud piorum, peritorumque conſilium, nihil eſſe tentatis magis metuendum, quàm mœrorem, vt quo mentis vigor ad repugnandum perneceſſarius penè extinguitur, certè Aaron poſt mortem duobus filiis diuino iudicio illatam à Moſe reprehenſus, quod ſacrificare omiſiſſet. *Quomodo*, inquit, *potui placere Domino in ceremoniis mente lugubri?*

Prou. 15. 13.
Pſ. 118. 32.
Iſa. 40. 31
Leuit. 10. 19.

4. Demum ſi attendamus, quàm imbecilli, & fragiles; quàm inertes & nihili ſimus; ex alia parte, quàm ſit Deus in miſericordiâ ſuâ diues, ne noſtris quidem quotidianis licèt angemur culpis, quæ minora nobis vt plurimũ inuehunt detrimenta quàm ſuperuacancus ex iis dolor: homo es

Eph. 1. 4.
Auila Audi fil.

Digitized by Google

es ex luto & argilla, non liber à concretione Angelus, quomodo miſeretur pater filiorum, qui eorum vtique lapſibus ad opem non ad iram
Pſ.102. 13. mouetur, ſic miſerebitur Deus timentibus ſe; alioqui toties per diem cadentibus quod punctum quietis remaneret, ſi ad ſingula mœrere, diſtrahi, cruciarique oporteret.

2.Cor. 7.9. 5. Nec nego eſſe quemdam ſecundum Deum, & ad pœnitentiam
Pſ.118. 53 139. 158. dolorem propriis in optimum patrem offenſionibus vel alienis ta-
Matth.5. 6. beſcentem; abſumentem etiam ipſum
Pſ.136.1. 119.5. corpus fame, ſitique inexpleta perfectæ iuſtitiæ, & ſuper flumina Babylonis longa procul exilij tædia, beatæ patriæ ſanctæ Sion loquacibus lacrymis narrantem; ſed eſt obediens hic mœror, affabilis, patiens, ſuauis, & vt ait Caſſianus, quodammodo lætus, ac pro conditione ſui ortus (nam ex amore in Deum naſcitur) cunctis Spi-
Gal.5.2. ritus ſancti fructibus locuples, quos inter, gaudium & pacem recenſet Apoſtolus, ex quo arguit S. Auguſtinus, quàm immenſa nos illic expectet lætitiarum copia, quibus hîc viam

viam Domini ingreſſis dulcior eſt ob peccata luctus, quàm quæuis corporis voluptates. Contra mœror prauus congreſſu aſper eſt, vultuoſus, difficilis, iners, ſtomachoſus, exſiccans oſſa, diffidens, ac deſperabundus, nihil ſecum ferens conſolationis, nihil alacritatis, proinde Dæmoni perfamiliaris & in noſtram perniciem vtilis, ac modis omnibus execrandus, at cor Deo gaudens, nihil habet licentias, nihil leue, ſcurrile, diſſolutum, nec eâ quam diximus tranquilla, caſtigatæ mentis explicatâque triſtitiâ ſe deſtitui penitus committit.

Prou. 17. 22.

Prou. 15. 13.

De Paſsionis Chriſti fructuoſa Meditatione.

CAPVT XV.

1. CVM ad ſatisfaciendum offenſo Deo nec homines neque puræ mentes ſufficerent, miſit Deus Filium ſuum humanis artubus indu

indutum, vt quod primis noſtris ſtatim poſt lapſum parentibus futurum promiſerat per ſe debitas nobis pœnas exſolueret, ſed cum multa interim ſæcula ſub tanti remedij expectatione fatiſcerent, vt eius immenſum pretium longâ morbi lethalis experientiâ diſcerent, fecit tandem potentiam in brachio ſuo, cuius leue opus digitorum tota orbis moles extiterat, & naturæ humanæ dignitate mirabilius quàm condita fuerat, reſtitutâ, ad prædicandam felicitatem culpæ nos adegit, quæ tali ac tanto deleta eſſet ſeruatore. O ſi agnoſcamus huius magnitudinem doni? & arcanas Chriſti diuitias, cum quo nobis Deus omnia donauit. Nec enim nos ſolùm in amiſſam libertatem aſſeruit, ſed hanc nobis dedit charitatem, vt filij Dei nominemur & ſimus, & noſtrâ causâ noſter factus, fratres non erubuit appellare? Quid ergo iam mirum ſi conſolator, aduocatus, magiſter, medicus, amicus, paſtor, & mille talibus nominum titulis, fratre, ac filio minorum, ſe noſtris vtilitatibus impendat? Si fideiuſſorem agat patris

Luc. 1. 51. Pſal. 6. 3.

S. Leo. Ioan. 4. 10.

Eph. 3. 8.

Rom. 8. 32.

1 Ioan. 3. 1.

Hebr. 2. 11.

:ris, quæcumque per illum petieri- Ioan. 14. 12.
mus daturi? ſi cum fiducia ad thro- Hebr. 4. 14.
num eius gratiæ inuitemur?

2. Sed cùm omnia in eo habeamus repoſita bonorum genera, tum nihil adeò nobis ſalutare, quàm quotidie cogitare, quanta pro nobis pertulerit; nihil ad curanda conſcientiæ vulnera, & mentis aciem purgandam vulnerum eius meditatione ſanctius & efficacius; nam etſi aliud non haberet, præter aſſiduam amoris tam prodigi, ac beneficij tam grandis celebrationem, non poteſt non eſſe amanti acceptior, quàm ſi multis hunc aliis proſequeremur donis; vti mater princeps & locuples, peregrè agentis filij, non tam muneribus ſumptuoſis, quàm perpetuis eius teneriſque ſermonibus lætatur, de materna pro ſe ſolicitudine, labore, moleſtiis & in ſui educatione longis ſed alacribus ærumnis quæ audit iactari ab ipſo, quouis loco, qualibet occaſione prædicari; ſic amoris veri obſeruantiſſimus Saluator, noſtrâ ſui recordatione mirificè gaudet ac ſingulorum, quibus nos redemit recenſione *Auguſt. ſer. 32. ad fratres in herem.*

ne

Bo .c 2. Mn . Spir. ne tormentorum. Cognouit diuinitus B. Gertrudis, toties à Deo nos miſericordibus oculis ſignari, quoties Chriſti in crucem ſuffixi ſacratam imaginem piè eſſemus intuiti. Sed etſi nihil inde caperemus, quis pudor ægrè nec abſque tædio illa recolere, quæ tam pronâ in nos charitate, tantóque gaudio paſſus eſt? fuit hæc B. Franciſco flendi, eiulandique acerba materia tùm innocentiſſimi Domini, patríſque cruciatus, tùm quod, inquiebat, nos qui cauſam iis, manúmque præbuimus, vix illos, vix eius meminimus. *p.6 l.1. c. 86. chron. S.Franc.*

3. Huius verò contemplationis cùm ſit non diſſimilis ab ea ratio, de qua vniuerſa tractatu integro diſſeruimus, hîc tantùm motus præcipuos attingemus, quibus erga Christum patientem affici debemus. Primus itaque inter illos ex alieno dolore naſcitur, & eum communione patiendi vtcumque ſubleuat, diciturque commiſeratio. Fontem nobis Propheta, ſeu Chriſtus potiùs ex quo exuberet, abundantem plenumque reſerat. *O vos omnes,* inquiens, *qui tran-* *Thr.1.12.*

ſitis

is per viam, attendite & videte, ſi Iſa. 1. 6.
dolor ſimilis, ſicut dolor meus; à Matth. 27
anta pedis videlicet vſque ad ver-
tem; ab ſummâ cute ad intimos ſen-
s auguſtiſſimæ illius animæ, ſed ita
nitus ab omni ope ac ſolatio re-
otæ, vt acerbitate violentiſſimi do-
ris auellenda fuerit à ſacro corpo-
, niſi miraculo teneretur. ô prodi-
um miſericordiæ! qui cruciatuum
nſum, à corporibus Martyrum pro-
biturus miracula edidit, mortem
am miraculo differt, vt vita diutiùs
o nobis, atrociúſque crucietur! nec
ſis tantùm doloribus, ſed inuiſis pa-
i dolorum cauſis, & viuâ eorum,
ndictæque ipſos tandem ſecuturæ
uentâ imagine, quæ riuos ſanguinis
anti, & cum morte luctanti expreſ-
t. Inter hac tamen conſolantem ſe
uæſiuit; & non inuenit, qui ſimul
ontriſtaretur & non fuit. Hæc ſi
nimum noſtrum non lacerant, quæ
xa ipſa contriuerunt & ſuis emo-
m ſedibus ac lege naturam terrue-
nt, ſumus ſanè ſtolidiores truncis,
ſaxis duriores.

4. Ex his ſaltem pendamus ma-
lignita

Bern.ſer.3 de natiu. Luc.vlt. lignitatem noſtrorum vulnerum, ob quæ oportuit Chriſtum vulnerari;& morbi noſtri grauitatem de medicinæ pretio,ac difficultate æſtimemus: offenſus homulo vili Deus ſe hominem facit, & hominem Deum, vt æqualitate inter vtrumque conſtitutâ,diuinæ Iuſtitiæ omnes expleat rationes,eique perfectiùs, & iure ſatisfaciat maiori quàm ſi omnes omnino mortales admiſſi criminis pœnas terribiles luituri ſempiternis ignibus traderentur. Quis ergo ſua intueri peccata ſiccis oculis iam poſſit? quis arenti corde reuoluere? quis non illa ſibi vſurpet lamenta? *Ego ſum qui peccaui, ego iniquè egi; vertatur, obſecro, manus tua contra me, iniquitatem meam ego cognoſco,& peccatum meum contra me eſt ſemper.* Eſt hic animi dolor Dei offenſam deteſtantis, contemptus proprij, ac demiſſionis cuſtos fidiſſimus, impetratæ veniæ argumentum, pignus conſeruatæ inter tentationes ancipites gratiæ; depulſor validus imminentium culparum & denique diuini amoris præclara exercitatio, quam à S. Petro

Ioã. Dam. lib.1.c.5.

2.Reg. 24 17.

tametſi

:ametſi iam ſibi nullius conſcio, ſic
per omnem vitam, ait S. Clemens
fuiſſe obitam, vt à primo ſtatim galli
cantu totas noctes in lacrymis, &
oratione traduceret.

5. Præter commiſerationem quæ
nobis de Christi tormentis oritur, &
peccatorum deteſtationem; erumpit
etiam magna inde flamma amoris in
Deum puriſſimi, ac tantò maioris 1. Ioan. 4. 9.
quantò ipſe prior dilexit nos, & fi- Ioan. 15. 13.
lium ſuum vnigenitum in mundum
miſit, vt per eum excitarentur & vi- Rom. 5. 8. Eph. 2. 4.
erent, non modò amici, quod ſum- 9. 30.
mæ dilectionis eſt, ſed inimici etiam *Ambroſ. l. 2. in Luc.*
& adhuc peccatores; quam eius im-
menſam charitatem iure nimiam
Paulus Apoſtolus, & S. Lucas exceſ-
ſum appellat. Plus igitur Domine
IESV iniuriis tuis debeo quod redem-
tus ſum, quàm operibus, quod crea-
tus ſum; ſed hoc ipſi vt aliqua ex
parte pro modulo noſtro reponamus,
amoris erga nos indicia, quæ ſu-
dando, ferendo, moriendo prodidit,
debemus non diſſimilibus quorum
perpetuam in manibus & oculis ha-
bemus ſegetem propensè rependere;
quantum

Ep. 77. quātum quidem noſtra ſinit exilitas.

6. Iam ſi gratias merentur cætera, quæ Deus in nos ſuâ miſericordiâ, contulit, quantas pro morte filij referemus? Quid melius & animo geramus, & ore promamus & calamo

2. 2. q. 107 a. 2. exprimamus quàm *Deo gratias*; Hoc *nec dici brevius, nec audiri latius, nec intelligi grandius, nec agi fructuoſius poteſt*, inquit B. Auguſtinus; agiturque his tribus ex Sancto Thomá: æſtimatione beneficij, laude, ac remuneratione. At enim ſi Deo tantùm debeo pro me facto, quid addam pro refecto? dilexit me, & tradidit ſemetipſum pro me, tantâ quidem profuſione ſui, ac ſi me ſolūm diligeret.

7. Nihil addo de admirationis motu, quo eum percelli neceſſe eſt, quicumque Deum contéplatur ſpontè, ſuâ causâ in cruce morientem. Plena eſt admirabilitatis ac ſtuporis tota Chriſti patientis hiſtoria. Nihil item dico de certis ſpebus quas inde

Rom. 8. 32. concipimus; *qui enim proprio etiam filio non pepercit, illum pro nobis omnibus tradidit, quomodo non etiam cum*

illo

lo omnia nobis non donauerit?

8. Sed imitandi ſtudium idcirco
ꝁ nobis hinc potiſſimum flagita-
ır, quod affectus pios omnes com- *Aug. trac. 119. in Iſa.*
lectitur neque eſt crux Chriſti le-
:ulus ſolùm morientis, ſed & cathe-
ra docentis, ipſéque pro nobis paſ-
ıs eſt ad exemplum quod imitare-
ıur in ſe effingendum, & ſignanda
uibus inſiſteremus veſtigia. Luſtre-
ıus ergo attentis oculis virtutum *1. Petr. 2. 21.*
ıninium quos nobis proponit, non
ıodò characteres, ſed ductus eorum
ngulos, & eorum cogitatione om-
em quæ poteſt nobis occurrere dif-
cultatem patiendi, prius quam oc-
ıt, expugnemus. Beatæ Pœnitenti
Iagdalenæ, cùm in Maſſilienſem ſe-
:ſſiſſet, adſtitit Angelus, & crucem *Sylu. roſa aur. ſerm. de S. Magdal.*
ı aditu locatam pro argumento illi
ɔntemplationis in annos duos &
iginta reliquit. Viro ſanctiſſimo in
ılitudine agenti, precantique ardẽter
uodnam Deo poſſet gratiſſimum
bſequium nauare, videndum Chri-
ıus ſe præbuit ſputis & ſanguine ob-
tus, ſub crucis pondere, ac plagarum
emens; &, qui ad hoc portandum

inquit, mecum ceruicem iungunt, ij verò mihi ſunt acceptiſſimi, hoc eſt, qui meos ſigillatim dolores meditantur, & animo ſentiunt. B. Edmundo Cantuarienſi adhuc in ſcholis Oſſonienſibus puero, puerulus IESVS valde commendauit, ad malum Dæmonem vincendum quærendas virtutes, tuendaſque; mortem religioſam & facilem fore ipſi magno præſidio, ſi nullum diem abire ſineret, quin vitæ ac mortis Domini myſterium aliquod pertractaret. Palæmon Abbas obortis lacrymis, *Dominus meus crucifixus eſt, & ego nunc oleum comedam*; dixit, & modico oleo præter morem (nam colebatur Paſchæ dies) conditas herbas adeo reiecit, vt ad eas guſtandas ab diſcipulo Pacomio adduci nunquam potuerit. Quibuſdam in pectore & ex ipſo corde Crucifixi effigiem ardens in eum amor, & manus diuini Spiritus formauit; plus ſatis nobis futurum eſt, ac vtinam fiat, ſi menti, animo, ſenſibus, vitæ noſtræ omni impreſſa hæreat, & iis nobilitatis diuinæ notis tanti Patris filij agnoſcamur.

Vinc. ſpec. hiſt. Anton. 3. p. Hiſtor.

Surius in vita Paco Iunio mẽſe.

Cantip. lib. 1. cap. ultimo. Chron. S. Franc. 2. per. 4. c. 22.

De

De ſacroſancta Communione.

Capvt XVI.

NIhil eſt in cunctis diuinæ bonitatis operibus admirabilius, & maius, æterni Dei cor-
ratione, ac Dei iam hominis in
guſtiſſimo Sacraméto verâ certâ-
e præſentiâ, ſed hæc illâ tamen eò
uſior, & infiniti amoris plenior,
iò & purior Virgo, de qua is ſemel
manitatem legit, & humanitas
ectior, cui ſe infudit, quàm nos ma-
loſi & miſeri, quorum ſe reis heu
ties manibus & pectoribus com-
ittit: Laudat tamen ac ſtupet Ec-
eſia, quod Virginis vterum non
horruerit; at cuius Virginis? ad cu-
s pulchritudinem animi, attonitum
elum exclamabat. *Quæ eſt iſta de-
iis affluens.* ô vim amoris, nec priùs
ditam nec ante cogitatam; ſuos
nè in finem complexu præcipuo
lexit, cùm hoc ipſis donum mira-
lo omnium maximo tribuit; ſic

S. Th ſer. in feſto corp. Chriſti. Ioan. 16. 28. Luc. 22. 19.

abire ab nobis voluit, vt reipsâ ſemper nobiſcum maneret; ſic ab oculis recedere, vt perpetuum ſui monumentùm ſeipſum nobis occultum relinqueret; ſic procul à nobis degere, vt ambularet inter nos perpetuò, conueſceretur, verſaretur, noſque pro Templo, pro Regia, pro throno pro ciborio haberet; nobis vice versâ quid tandem præſtandum eſt tantam maieſtatem excepturis.

De præparatione ad Communionem.

Pars Prior.

1. Fides primùm mentem inſtituerit oportet, ac de miraculis ſacræ huius eſcæ docuerit: horum primum eſt quòd ſexcentis ſacerdotibus Chriſti vicariis, vbicumque terrarum arcana verba in panem & vinum effantibus, mox idem omnino qui homo factus, in crucem ſuffixus, mortuus, ſuſcitatus nunc in paternâ dexterâ reſidet, vbique illis in Sacramento ſimul non minùs quàm quondam

m in terris, nunc verò in cœlis, ſens adeſt. Alterum eſt, quod to- ſtaxorum alimentorum ſubſtantia Chriſti corpus & ſanguinem ver- tur, nec iam eſt panis neque vinum, iod horum ſpeciem vno diuinæ po- ntiæ innixam fulcro, luminibus, ori- ie exhibet. Nec poteſt ſupremo re- im ex nihilo factori difficilis earum ſe mutatio, cui natiui caloris obſe- iia in animantibus, omnis generis ibulum in cruorem carneſq; tranſ- utant. Tertium quod licet miniſtri *Ambr.* oci Deus obediens corpus dumtaxat ium & ſanguinem in Sacramento onſtituat, ſed eo tamen conſtituit iodo, & conditione quam extra id btinent; integrum viuens, glorioſum immortale corpus, vt olim poſtre- iâ in cœna mortale, & quale tunc iit poſuerat, & poſituri erant Apo- oli mortuum, ſi antequam excitare- ır à mortuis conſecraſſent. Quod ſum intelligendum de ſanguine; empe ibidem eſſe cum ſuo corpore, nima, diuinitate iunctum. Decebat nim Chriſti mortem ſanguinis ſeor- ım effuſione exhiberi, & immorta-

 litatis

litatis conuiuium ſuo poculo non carere; nihil tamen laici minus ſacerdotibus accipiunt, ſi ad ſacram accedunt menſam pariter comparati, vt inter eos qui manna collegerant nec plus reperiebat, qui maiorem modium implerat, nec minus qui anguſtiorem. Quartum, vt tota vox, quæ Auditorij ſpatium occupat, ineſt quoque tota ſingulis auribus concionis; vt fruſta confracti ſpeculi vultum perinde integrum referunt ac ante quam comminueretur; vt eſt anima non minor in ſingulis membrorum partibus, quàm toto diffuſa corpore, ſic planè Chriſtus, quàm pane integro, ita cunctis eius particulis verè ac integrè continetur, nec ſciſſo, contritove pane, fuſo ac diuiſo vino, lentatur, diuiditur, ſecatur, & hæc triumphatrici, & æterna Eccleſiæ fide, ac Dei vocibus, miraculis, potentiâ fulciuntur. Demus enim aliquid poſſe Deum, quod nos fateamur inueſtigare nequaquam poſſe, nec illam à nobis beatitudinem abdicemus, quam Chriſtus Dominus, cõtra oculorum fidem credentibus promiſit.

Exod. 16. 18.

Aug. trac. 12. in Ioan.

2. His

2. His vaporatum doctrinis pe-
ctus, vltrò iam videt, ſentitque me-
dullitus, quo,quanto apparatu ſacra-
rium animæ ſit ornandum,quod non
homini,ſed Deo in habitationem in-
ſtruitur; non Arcæ illi, vmbriſque **1. Paral.**
euanidis, quibus tota Dauidis, & Sa-
lomonis magnificentia laborauit,ſed
vero quod prænuntiarant myſterio;
foreque hanc præparationem men-
ſuram, pignuſque donorum, quibus
ſacramẽtalis gratia cumulatur.Quæ-
rat itaque in primis animi nitorem
dignum hoſpitis maieſtate,ſic vt non
tantùm lethales maculas, acri eradat
confeſſionis diligentia, quæ eſt à S.
Paulo præmitti iuſſa, ſanctitatique *Trid.* 1. 1
Eucharíſtiæ neceſſariò debita, ſui- *cap.* 7.
ipſius probatio;verùm næuos alioqui 2. Cor. 1
leues tota ſollicitudine eluat ne for- 28.
moſitati officiant,quâ nos tanto Re-
gi ſiſtere debemus, deuotioni in- **Dam1. 4**
quam, ac ſacris ſenſuum interiorum
ardoribus; ob hoc ſuis Chriſtus ac-
cubituris ad hanc menſam pedes ſibi
omnino lauandos cenſuit; ob hoc,
poſtquam manus ſacrificaturi iam
lauerint, extremos etiám digitos **Ioan. 13**

 abluunt,

abluunt, vt extremam, quam S. Dionyſius appellat, munditiem huic Sacramento reddendam moneantur.

3. Deinde, pro ſui acerbè conſcio publicano, pro reo prodigo, ac centurione ſeſe gerens, altam demiſſionem ſui excitabit, ac reuerentiam numinis immenſi, quod vili ac ſordido excepturus eſt mapali. Scribit Euſebius S. Hieronymum cui aderat morienti, ad conſpectum ſacri Viatici ſtupentem dixiſſe; *Cur nunc tantum te humilias, vt patiaris ad hominem deſcendere publicanum & peccatorem, & non ſolùm cum eo manducare vis, ſed ipſum te manducari ab illo iubes.* Illam ergo nimium benignam, & miſericordem reuocans Chriſti ſententiam. *Tu comedes panem in menſâ meâ ſemper*; referet ſtatim; *Quis ego ſum ſeruus tuus, quoniam reſpexiſti ſuper canem mortuum ſimilem mei?* Sed reiectis in optimum & amantiſſimum noſtri patrem, pluſquam maternâ teneritate nos alentem, verecundis, & humentibus oculis, magnum eius amorem concipiet fiduciâque ſe forti armabit. Demùm cùm hic

hic panis, teſte B. Auguſtino, quærat hominis interioris eſuriē, quam bonis ſolet Dominus explere; proritanda eſt egeſtatis noſtræ ac miſeriarum conſcientiâ, ſpebuſque munerum quæ Christus nobis per hoc myſterium plenâ manu largitur; ſi enim fimbriæ, pedumque contactu, alteram corporis, ſcelerum alteram cruētâ ſanie fluentem; ſi quotquot ad ſeſe adibant remedij gratiâ, erumpente ab ſe cæleſti virtute, omnes perſanauit, quid torpemus, cunctamur, aut adhuc dubitamus? Pſ. 106. 9. Luc. 1. 53. Luc. 6. 19.

4. Non deſunt alij pietatis noſtræ in Auguſtiſſimam Euchariſtiam inflammandæ modi, vnum Chriſtus non tantùm ſuggerit, ſed iniungit, paſſionis ſuæ memoriam, ſiue, vt ſuadet B. Chryſoſtomus, admotis confoſſo lateri ad ſugendū amorem cum cruore labris; ſiue accepto, inter cœnantes Apoſtolos vitæ pane; ſeu alicuius è Chriſti ſuppliciis meditatione in qua animam ſuam, tradit S. Bonauentura conſuetam liqueſcere. Alterum, eſt quidem vſu tritum, ſed ſucci plenum, ſi ritè ac ſtrenuè expri- Luc. 22. 19. De prap. ad miſſ. cap. 6.

matur, vt quis, ad quem, quo fine, cuius impulſu veniat expendamus, incendamuſque has contemplationes operâ virtutum Theologicarum, cúmque nihilominus longè impares ſimus Chriſti hoſpitio, rogabimus illum vti Regum more, vbi ſunt in domunculam viduæ diuerſuri, prodromos Angelos ad nos mittat viam ipſi ac domum in animis noſtris paraturos.

5. Alia quoque B. Metildi ornandæ Chriſto venienti animæ ratio diuinitus tradita, noſtræ inopiæ multum fauent, nempe Chriſti menſam aditura, optaret ad Dei gloriam omnes ſanctorum deſideriorum, & amoris flammas, quibuſcumque vnquam ardentiſſima pectora æſtuaſſent, illa enim vota Deum pro ratis habiturum, imputaturumque ipſi cuncta quæ ex animo optaſſet. Quòd Sanctæ Gertrudis cùm feciſſet, ac de ariditate mentis ante ſacram Synaxim anxia Beatiſſimæ Virgini ſanctíſque ſupplicaſſet, Deo pro ſe offerrent omnem quem vnquam præmiſerant communioni apparatum, Iam verè, inquit,

Bloſ. c. 6. mon. ſpir.

Bloſ. ibid.

inquit, ad ipſam Deus, omnibus cœli Ciuibus appares in eo ornatu, quem tibi petiiſti.

6. Ad hæc autem cùm opus ſit tempore, B. Franciſcus Borgia triduum præparationi, agendis gratiis ſequens triduum aſſignabat; quæ quotidiana recordatio, mirum quantum valet, ad colligendos ſenſus vitamque continendam; ſi cui tamen non ita conueniet, caput ſaltem vnum matutinæ contemplationis huic argumento pridie deſtinabit, eoque per noctem quoties excitabitur occurſuro ſomnum accuratè præmuniet.

SECVNDA PARS.

De actione gratiarum poſt Communionem.

1. MIrè quadrat in tempus quod communionem conſequitur illud monitum ſapientis. *Non defrauderis à die bono, & particula boni doni non te prætereat.* Eccl. 14. 14. Vtamur hac propitij temporis opportunitate, ad reddendas primum Deo laudes &

 gratias,

gratias, aliorum quidem, ſed huius præcipuè beneficij tam inſignis; effundamus deinde coram illo cor noſtrum, & quicquid in nobis amoris eſt, iterato ſæpius impetu illi penitus conſecremus. Petamus denique confidenter, quæ nobis ac noſtris neceſſaria ſentimus.

2. Placet quibuſdam Chriſtum in pectore, velut ſolio reſidentem facultatibus animi ac ſenſibus corporis ſtipare, iuſsóque horum vnoquoque prouolui ad eum adorandum gratiam imprimis eius facultatis aut ſenſus agere; dolere poſtea diuturnum illius prauum, inertem, otioſumque vſum; precari demum, vt ſanctè in poſterum vtilitérque occupetur.

3. Alij Chriſtum per animæ ſinus tanquam medicū circumducunt, ſuoſque illi ſeorſum morbos cum fletu ediſſerunt, vt omnes eorum infirmi-
Pſ. 102. 3. tates ſanet; Alij, aliter; nemo tamen (niſi erga Deum, quàm erga homines magis inurbanus) vix admiſſum, ſalutatumque hoſpitem mox relinquit.
Surius. Margarita Virgo Regis Hungariæ filia pridie ſynaxeos pane ſolo & aquâ

aquâ veſcebatur, noctem precando abſumebat, dieque poſt ſacrum epulum diuinis laudibus condito, cibi aliquid ſub noctem capiebat.

Tertia Pars.

De fructibus Communionis,

1. PRæter effectionem gratiæ cōmunem omnibus ſacramentis ineſt huic cibo ad ſuſtentandos animos vis peculiaris, quâ illis ſimiliter, ſicut alimenta corporibus, vitam fouet, inſtaurat vires, incrementum ad debitam formam, modumque promouet, præbetque ſaporis delicias, vt meritò Chriſtus affirmarit: *Caro mea verè eſt cibus, & ſanguis meus verè eſt potus.* Scribit Guimandus Aduerſanus Antiſtes, & antiquus auctor, veteribus Monachis, ab eſu Euchariſtiæ tantum roboris & ſolatij acceſſiſſe, vt quidam vno illo cibo contenti viuerent quo verò die illum non ſumerent, penè animo linquerentur, vixq; præ debilitate conſiſterent. Nos quibus menſa hæc non minus quam illis

Concil. Florent.

Gen. 49. 20.

Pſ. 22. 5.
Chryſoſt. hom. 60. ad pop.

lis aduerſùs hoſtes parata eſt, leonum inſtar ignem ſpirantium ab ea recedamus.

2. Eſtque hic alter adorandi panis ſingularis fructus, prauis nimirum vitiatæ naturæ fractis impulſibus, eorumque retuſo fomite, fortiorem contra Dæmonis tentamenta hominem reddere, & ad diuina obſequia proniorem: quippe hoc mortis Christi qua profligati ſunt triumphale monumentum nequeunt, ait
3. p. q. 64. art. 7. epiſt. ad Eph. lib. 3. in Ioan. c. 37. S. Thomas, Dæmones perferre, ſed cùm illud in aliquo viderint, ab eo protinus fugiunt; idcirco huius frequentationem Sancti Martyr Ignatius & Cyrillus plurimum ſuadent,
Homil 61. ad pop. & S. Chryſoſtomus, neceſſe ait, vt longè ſit efficacius illo Agni Paſchalis ſanguine, quo à poſtibus Hebræo-
Exod. 12. 22. rum Angelus vindex arcebatur. *Quid enim bonum eius eſt, & quid pulchrum eius, niſi frumentum electorum, & vinum germinans virgines?* quem Za-
Cap. 9. 17 chariæ locum de Sanctiſſimi Sacramenti ad puritatem conſeruandam efficacitate S. Hieronymus & alij explicant.

3. Tertius

3. Tertius communionis fructus ſuauis iuxtà & nobilis, eſt noſtri cum Chriſto coagmentatio, non minor quàm cibi corpori accedentis, non quòd ipſe in nos, ſed nos in illum commutemur, vt carnem ſuam comedenti diſtinctè pollicitus fuerat; *in me manet & ego in illo.* Vt ergo ignis in ſeſe omnia conuertit, niſi humore pertinaci, aut frigiditate obſtiterint, ſic nos decet in Chriſtum cui coniungimur, patientem modeſtum, pauperem, obedientem, ſanctum transformari, diuino poculo ebrios, noſtrique oblitos illum induere penitus, nec nobis de cætero, ſed ei viuere qui pro omnibus mortuus eſt. Quàm ſancta debet eſſe lingua, quæ tanto ſanguine purpuraſcit; quàm puræ manus, quæ carnem cæleſtem diuidunt; quàm amplum & ornatum pectus, in quo caput diuinum verus Salomon reclinauit: At quàm nudus ſeipſo, ſuique amore exutus animus, & in omnes nutus & renutus obedientiæ, ac prouidentiæ ſuſpenſus, qui victimâ veſcitur continuam mortem vltrò noſtrâ causâ obeunte;

Aug. 10. Conf. c. 19.

Rom. 13. 14.

Cypr. l. 2. ep. 3. ad Cecilium.

2. Cor. 15.

obeunte; quibus demum abiectionis ſui, pietatis, virtutum omnium acceſſionibus cumulari, qui earum exemplar, & fontem poſſidet. Quo planè genere gratiarum nullum poteſt Deo, poſt Euchariſticum epulum referri acceptius, hoc eſt propoſito efficaci ſui deinceps fortiter vincendi debellandique in ſeipſo ſigillatim (nam eſt ad ſingula deſcendendum) quæ videmus in nobis Chriſti virtutibus, in ſacramento micantibus opponi; quin hoc paratu perfectius animus ad communionem, quàm eo quem diximus breuiore, ac propinquiore inſtruitur; quotidianis, inquam contentionibus ad emendationem vitiorum quibus diuexamur, progreſsúmque virtutis, quâ potiſſimum egemus. Cadat pronus Dagon coram arca Dei, cadat inanis gloriolæ, licentioris linguæ, palati, curæque corporis idolum, & Chriſto Regi ac Domino, ſuo caſu litet; conſideremus ſemitas domus noſtræ, neque otioſi hunc vitæ panem comedamus.

Hieronym. Prou. 31. 27.

4. Sed, inquis, tot iſtas dulcedines, & prouectiones animi ad virtutem,

tem, quas celebrari audiueram, poſt diuturnam & crebram vitalis conuiuij frequentationem nec ſentio, nec animaduerto? Non dicam ex familiaritate nimiâ id naſci; quantò enim in Deo ac diuinis vlteriùs tenditur, tantò inueniuntur plura quæ amentur atque adorentur; ſed dicam huius rei cauſam non rarò hanc eſſe quod ad ſacram menſam imparatiores adeamus magiſque, ne ritum, & exemplum cui aſſueuimus, omittamus; quàm vt meditatâ tam Auguſti arcani reuerentiâ, Deo & animæ ſatisfaciamus. Dicam præterea culparum leuium deliberatam perpetrationem, & tenues quidem regularum, ſed ex propoſito, neglectus, frontem optimi Patris nobis contrahere, vt ſimus in poſterum cautiores. Dicam tertio loco; vt natura plantas, & cibus corpora occulto æuo ad proceritatem ſuam tacitè perducit; ita gratiam huius panis latentes in nobis virtutũ progreſſiones peragere, & ſumptos faſtidienti ore ac ſtomacho cibos, ægroto nihilominus prodeſſe. Dicam poſtremò quòd in gradu ſtamus,

Laur. Iuſtin.

mus, certi potius morte, quàm mortiferâ culpâ occumbere, non minorem eſſe huiuſce fructum Sacramenti, quàm ſi virtutibus plurimis augeremur.

Bredemb. l. 1. coll. c. 2.

5. Legimus Ethnicum Saxoniæ Ducem, peregrini cultu caſtra Caroli Magni explorantem, ſacris etiam adfuiſſe; erat tum forte Hebdomada Sanctior, qua quiſque de more Chriſtiana ſynaxi reficiebatur; cui dum ſpectaculo Dux intendit, en videt puppulum in ſingulis hoſtiis, accumbentium ora, ſed diuersè admodum ſubeuntem, quippe in aliquos ſe totis brachiis, & toto corpuſculo iactabat; auertebat vultum ab aliis; reniſu magno & multum reluctans, ori quorumdam indebatur: Quæ res deinde ſeriò cogitata, fuit Duci conuerſionis occaſio; vtinam & nobis incitamento ſit, ad cordis Regiam Chriſto IESV Patri ac Domino, Regique condignè adornandam.

QVARTA

QVARTA PARS.

De Auguſtiſsimo Miſſæ Sacrificio.

1. VEneranda illa & præpotens hoſtia, de qua nos hactenus legis ac naturæ debilibus ſacris adumbrata, demumque in Cruce reipſa immolata, in Miſsâ poſtmodum eiuſdem Sacerdotis manu, & eidem, eademque perpetuò immolatur. Illa tot Sacrorum varietas, cum abſque faſtidio, idem multò ante Sacrificium noſtrum imperaret, tum eius ritus multiplices & conditiones, apparatumque deſcribebat, placebatque Deo interea ob hanc ſolùm cauſam, quòd huius eſſet rudimentum, atque præludium. Appetente verò legis nouæ inſtitutione cœpit illa imago præ vicino archetypi ſplendore diſplicere, reiectiſque deinceps holocauſtis ſacrificandum corpus dilecto genitor filio aptare. O miram paternæ bonitatis; miram filij erga nos charitatem! parum illi fuit ſemel mori,

Auguſt. 4. de Trin. lib. 1. cōtr. adu. legis cap. 18.

Digitized by Google

mori, niſi ſæpiùs in horas dum curret mundus, pro nobis continuò moreretur. Quid tandem nobis futurum fuit, qui toties labimur, & ſimus diuinæ iræ obnoxij, niſi præpotés nobis certæ pignus miſericordiæ reliquiſſet, ac propitiãdo numini ſacrum munus ſuo nomine deferendum, apud Patrem repulſæ neſcium, ſemperque gratiſſimum? quoties huius hoſtiæ commemoratio celebratur, opus noſtræ redemptionis exercetur, nec ſolùm vti Sacramentum accipienti prodeſt, ſed etiam aliis vt ſacrificium, tum adhuc viuis, tum peccatorum reliquias igne luſtrali purgantibus, prodeſt, inquam, ad veniam, ad gratiarum actionem, & bonorum impetrationem.

Dom 9. poſt Pent. in ſecret.

2. Quæ cùm ita ſint, magnopere intereſt, ne pro immenſo bono, ſterilitatem Deo referamus, & noſtra quadam incogitantiâ largitatis eius fructu excidamus, quod profectò magna ex parte eueniret, ſi præter oculos & aures ad rem ſacram nihil afferremus. Cùm ergo illa, vt indicauimus, non modò ſit ſacrificium, ſed monumen

monumentũ Chriſti patientis, vtrinque nobis flammarum ebullit materia, quas in holocauſtum noſtrum congeramus. Vel enim poſſumus, dum Miſſæ adſtamus, vni aut alteri eorum quorum totam ſeriem repræſentat, crucis myſterio, mente, affectuque immorari, velum, exempli cauſa, quo Chriſti obducta facies, ictus illudentium excepit, in amictu capitis cogitando; in alba veſte Herodis ludibrium; in cingulo, ſtola, manipulo flagella & vincula; in aliis alia (nihil enim illic otioſum) admirando, amando, imitando: Vel cum Sacerdote (quòd re ipsâ præſtatur) attentione ac ſtudio idem ſacrificium offerendo; cuius quidem pars prior locum tenens præparationis, olim ipſos quoque infideles, nedum Catechumenos admittebat, ſolenni mox edictione, cum ad offertorium ventum eſſet, ab Diacono dimittendos; eſſe tunc Miſſam inclamante. Poſterior verò vſque ad orationem Dominicam totum ſacrificium peragit. Poſtrema abſumit & gratias agit. Per cunctos ergo harum articulos ſacri-
ficantem

ſicantem erecti conſequemur, noſtraſque cum illo meditationes, propoſita, motus animi coniungemus; cum precante, offerente, adorante, gratias agente, precabimur, offeremus, adorabimus, gratias agemus. At ſi non poſſumus re ipſa in partem oblatæ victimæ quotidie accedere, voluntate ſaltem ac deſiderio id præſtemus, & ſpirituali communione perfruamur, à qua nullo loco, perſonis, negotiis temporum momentis excludimur; ſita verò hæc eſt in ardenti deſiderio pabuli cæleſtis, quod ſi puram mentem à graui crimine nactum ſit, multis à Deo muneribus operantis merito cumulatur.

Trid. ſeſſ. 13. 8. 3. Sacrificij porrò tanti excellentiam tremendam, etſi firmiore Religionis Chriſtianæ teſtimonio docemur, eam tamen Deus tot prodigiis confirmauit, vt niſi longiſſimo & libro, & tempore referri omnia; niſi magno metu pauca non valeant. Vir ex prouincia Iſtria nobilis violentos iam per ſeſqui annum ad ſpontaneum laqueum impulſus, quotidiana Miſſæ auditione expugnarat; verùm aliquando

Pius II. in Coſmog. in deſcript. Europæ.

aliquando in Templum venienti cum eſſet nuntiatum, abſoluta iam diuina officia, angereturque ob id vehementer, pactus eſt cum eo ruſticus impiè ſtolidus ac præſidens, ſe ſacri meritum, cui interfuerat, pallio vendíturum; conditionem vltrò nobilis recipit, & pallium tradit, pergit nihilo ſecius in Templum ſaltem oraturus, quando iam Miſſæ adeſſe non poterat; eademque viâ regrediens, infami letho ac voluntario ſuſpenſum ex arbore illic ruſticum obſtupeſcit, vbi pretium ſacro viliſſimum pallium fecerat. Sanctæ Elizabethæ Luſitaniæ Reginæ honorarius Aulicus, ob virtutem charus, ſed apud Regem Dionyſium violati thori Regij ſuſpectus; inſons, & ignarus ſuæ ipſius necis mandatum ferebat, in fornacem ſtatim vbi aduenisset præcipitandus à vitriariis; audit in itinere ad rem ſacram ſignum, ſubſiſtit, quanquam vrgeretur, vt ei interſit; æmulum interim qui hanc ipſi telam texuerat, Rex impatiens mittit vt de peracta pœnâ cognoſceret; hîc rati vitriarij hunc eſſe quem Regis ſententia igni addixerat,

Chron S. Frãc. p. 2. l. 8. c. 28.

2. p. Theol. l. 9. c. 10. dixerat, correptum in clibanum mittunt, incolumi altero; & exinde in ſumma tum Regis, tum Aulæ admiratione. Notum illud ex Sancto Antonino duorum venatorum, quorum alter qui venationem ſacro prætulerat, fulmine ictus eſt; euaſit alter, quod, *Verbum caro factum eſt*, audiſſet ſic enim ſacrum, vltores Dæmones vocitabant, ac horrendum licèt in modum territus, occidi ab iis, cœlum ſus, deque vertentibus nequiuit. Sancto Bonauenturæ, cum præ ſancto metu Communione diu abſtineret, diuiſæ ab ſacrificante particula hoſtiæ in os inuolauit, quo facto edoctus, deinde tradidit acceptiores Deo illos eſſe, qui amoris inſtinctu ad eum accederent, quàm qui timidiore reuerentiâ ab eo refugerent. Christianum ſcribit B. Gregorius procul à patria captiuum, toties vinculis exſolui repente ſolitum, quoties coniux celebrandum ſacrum pro illo curaret; idque computatis ad vnguem temporibus poſtquam rediſſet in patriam compertum. Huic tandem infinito arcano, cum omni adoratione, obſeruantia

Faſcic. c. 7

Hom. 37. in Euang. & 4. Dial. c. 57.

uantiaque adeſſe Angelos ; viſoſque illic adſpectabili formâ, verecundo cultu, & humili habitu Sanctus Gregorius, Chryſoſtomus, Nilus apertè teſtantur, vt mirum ſit miſeros homulos, aut hanc Maieſtatem quæ terret Angelos, tam parum attendere, aut eius pondus non horrere. 4. Dial. c. 50. De Sacerd. Epiſt. ad Anaſt. Epiſc.

De fine ordinum religioſorum mixtam actione & contemplatione vitam degentium.

CAPVT XVII.

HVNC ſcopum notauit Apoſtolus ad Timotheum diſcipulum ſic ſcribens. *Attende tibi & doctrinæ*; quibus verbis duobus non ſola cuiuſque propria & aliorum ſalus commendari exiſtimanda eſt, ſed vtrorumque perfectio, & quidem attento ſtudio, ac vt nobis indicit parens noſter Sanctus Ignatius, impensè promouenda; nec eſt credibile, to- 1. Tim. 4. 16.

tam inſignis diſcipuli gloriam vitandis tantùm inferorum pœnis à præceptore optimo concluſam: hinc eſt, vt quiſquis ad eos ordines ſe adiungit quibus propoſitum eſt animas iuuare, in partem veniat tanti boni, licèt alioqui domeſtico forſan miniſterio diſtentus, ſacra non attingat: nam vt caſtra ſeruantes, & bellantium ſarcinas; ipſi quoque cenſentur commilitonum pugnare viribus ac vincere; vt Saulus eorum manibus in Stephanum ſæuiit, quorum aſſeruabat veſtimenta; vt ad eos qui præſunt in religioſis familiis; rectores in nauibus; in bello Duces, conatus omnium, & labores contentioneſque iure ſpectāt, quos ſuo ductu & ipſi imperio regunt; ita in corpore animarum vtilitatibus dicato, non poteſt caput dicere pedibus, non eſtis mihi neceſſarij; nec queri laicus adiutor quod linguæ, aurium, capitis, concionando, confeſſiones audiendo, gubernando, munera non tractet, cum iis nihilominus pro ſuo modulo, ſuam operam tantò nauet, quantò ſe vnus, & quidem abſque pericu

periculo, omnibus commodat, iiſque opem ferens, & vacuum tempus, ad plenam operam exhibens; audit cum ſingulis confitentes, adhortatur, ſingulorum linguis, concionatur, ſacrificat, dumque ſingulos ſedulò adiuuat, in partem operis cum vnoquoque illorũ venit: accedunt corporis afflictationes, ieiunia, precationes, ſuſpiria, quibus ita non rarò Chriſto filios parturit, vt quamuis Ioſephi putentur filij; Sacerdotis, inquam, Dei verbum, & myſteria ſeruantis, re tamen verâ ad hunc pertineant, cuius deſiderium Dominus audiuit, prolem ſterili concedens quàm maritatæ lætiorem. Iſa.54.1.

PARS PRIMA.

De Excellentia huius finis.

ETSI non foret à S. Dionyſio magnificè dictum, nihil inter diuina eſſe diuinius, quàm ſuam operam cum Deo in ſalutem animarum coniungere; à S. Chryſoſtomo pluris eſſe conuerſionem vnius animæ, *Cal. Hier. c.3.* *Hom.3. in 1. ad Cor. 1.*

quàm immenſarum in pauperes diui-
Hom. 29. & 13. Dialog. c.17. tiarum erogationem; ab S. Gregorio, maiori habendum miraculo, prædicatione ac precatione, ſceleratum ad frugem, quàm ad vitam mortuum reuocare; ſed hoc vnius Chriſti Dei adorando exemplo abundè ſciremus. Nec enim eius in orbem aduentus princeps ſcopus fuit, corporum vita & mirabilium geſtorum gloria, ſed ſalus animarum; hæc illum cœlo,
Ioan. 10. 17. dicere liceat, in terras detraxit, in cruces morteſque compulit; propterea hunc diligit Pater, haud quidem, quod rerum principio per eum omnia crearit, ſed quia dilectam animam poſuit, vt eam iterum ſumeret, homineſque ſecum peccato mortuos, im-
S. Thom. in Ioan. 10. 15. mortales ſecum efficeret. *Ego*, inquit, *agnoſco Patrem*, & de illius conſilio
Ioan. 21. 5. & Chryſoſt. ſerm. de Natiu. ac deſiderio ſecurus, *animam pono pro ouibus meis*: Denique ſuam Eccleſiam Petro Vicario committens, nullum maius ab eo amoris popoſcit monumentum, quàm vt agnos ipſius, oueſque paſceret.

2. Huius verò diuiniſſimi operis, eximia præmia, quanquam non certiùs,

tiùs, at fortè blandiùs excellentiam declarant. Propterea enim in nomine I e s v genufleɛtit orbis vniuerſus; propterea I e s v s caput exaltauit; propterea ſemen longæuum vidit, totam ſibi æternùm triumphantem, nunc militantem Eccleſiam. Et, an poteſt quidquam dici beatius? *qui ad iuſtitiam erudiunt multos fulgebunt ſicut ſtellæ in perpetuas æternitates*, atque ob conciliatos cum Deo homines filij Dei vocabuntur. Iure ergo B. Senenſis Catharina, concionatorum veſtigia, cum fortè præteriiſſent, oſculis lambebat, gnara, vt aiebat, pulchritudinis animarum gratiâ Dei florentium, ob quam illos Dei adiutores, miniſtros Chriſti, myſteriorum diſpenſatores, legatos cœli, atque interpretes Angelorum loco obſeruabat. Quanquam tamen ſint pacis Angeli, & quidem grauiſſimæ ac æternæ Deum inter & homines ſanciēdæ, at monebat illos S. Xauerius, ne id vnquam omnino meminiſſent, niſi vt animo confuſi erubeſcerent ſeipſos, tantis, tum officiorũ ingentium molibus indignos, tum fructibus impares.

Philip. 2.8.
Pſ. 106.7.
Iſa. 53. 10.
Eccl. 24. 21.
Matth. 5.9.
Hieron. Theoph.
Cor. 2.
in Epiſt.

N 3 3. Et

Digitized by Google

3. Et verò Deus eſt qui mittit operarios in meſſem ſuam Chriſtus illos, ſibi velut totidem ſeruatores ſubſtituit, Chriſtus eligit ac fingit; conſilio, animis, efficacitate corroborat, eoſque pro periculis locorum ac temporum diſpenſat: furit in Orientis imperio nox ſæua hæreſeos auctoritate Principum ſuperba? in illam Antonij, Acepſemæ, Aphraates, ab inacceſſis heremi ſpecubus mittuntur. Apparet in Anglia peſtifer cometes Pelagius? producitur obuiam ad contagionem illius depellendam Magnus ex Africa Auguſtinus; Luthero in Germania perduellionis contra Eccleſiam & Chriſti ſacramenta cruentum vexillum attollenti, opponitur mox cum ſua phalange ſanctus Ignatius, vt multò ante aduersùs Albigenſes aliaſque cognati veneni viperas ſancti Dominicus, & Franciſcus, atque vti commiſſam cum hoſte aciem è vicino colle ſpectans Imperator, vbique oculis, vbique animo & manu adeſt, quocumque ſuorum diſcrimina, & variæ paſcunt inclinationes, ita

Euſeb. p. 2. l. 6. c. 3

Chriſtus

Chriſtus Eccleſiæ ſuæ prælianti, de cœlo intentus auxilia vndique pro furore, ac viribus hoſtium ſubmittit, & ducit; ac dum ſuis occaſiones vincendi curans, hinc illis infligi vulnera permittit; inde facit vulneri medicinam.

4. Atque is quem de Chriſti exemplo, & Apoſtolorum, habemus propoſitum, duplex perfectionis priuatim noſtræ, tum alienæ finis, ſic vnum efficiunt, vt opitulentur ſibi mutuis auxiliis, & quæ ſunt nobis ad alterum à Deo data præſidia, iuuare oporteat, ad alterius conſecutionem; quibus viis à Deo ad virtutem prouehimur, iiſdem ſuppetias proximo feramus; quæ viciſſim huic tribuimus, ex iis noſtræ quoque pietati noua compendia accerſamus. Eſt hic vocationi noſtræ vigor & gratia, hîc inſitus à Deo ſpiritus, exſiccato fonte iturus in puluerem, ſi contra dantis conſilium, vel totus ad proximum, vel ad nos totus coarctetur: nec enim Ioſephum ſanctiſſimum ad auctoritatis propriæ ſplendorem, vtilitatemque tam admirabili prouidentiâ

Gen. 45. 5 Ægypti Dominum conſtituit, ſed ad fratrum ac populi ſalutem, quam ſi, attentus priuatis, neglexiſſet, ab illâ omnino collatorum ſibi ad eam munerum opulentiâ excidiſſet.

5. Verùm, vt hæc facit theſaurorum Chriſti commiſſa poſſeſſio, ac diſpenſatio, ad excellentiam noſtri finis, ita eius executionem, quàm ſit ardua, oſtendit; neque tutò poſſit, quoad proximum ſpectat, hominibus credi, niſi notæ virtutis ac fortitudinis. Tibi primum iuberis, deinde doctrinæ attendere; facere, tum docere; animæ tuæ, poſtea proximo vacare; concurrant licèt communes cauſæ, ignem ligna præterquam ab igne; ſpicam tritici culmus, niſi à grano ſementis non trahet, eoque integro, & vigoris ac æui ad progignenda ſimilia robuſti. Quid feſtinas implumis ad volatum? quid recens, & mollis fabrica pondus te oppreſſurum quæris? quid præcoces fœtus, & abortiua cruda meditaris? cùm ex te perfectam in Chriſto prolem, hac tui ſpiritus, virtutíſque imbecillitate ſperare non poſſis, Chriſtus in annum trigeſimum

1. Timot. 4. 16.

Gregor. 2. paſtor. admon. 26.

Digitized by Google

trigeſimum concionandi officia diſtulit, iiſque longa inedia, ſolitudine, aſperitate victus, tametſi interea hominum vrgebat interitus, præluſit: Apoſtolos quoque licèt ab ſe doctos, ad illa priùs aggredi vetuit, quàm fortitudine diuina cœlitus armarentur; tu priuſquam docearis, docere apperis; priuſquam diſcas, iura, legeſque ferre ambis; philoſopharis, antequam ſyllabas iungere noueris. Si repletæ fuerint nubes, imbrem ſuper terram effundent; at ſi fuerint ſine aqua circumferentur cupiditatum ventis, nihil ex ſua illa ſublimè agendi, volitandique præſtantia facturæ lucri, præter infeſtiorem turbinum rabiem, quâ iactentur, voluantur, diſſipentur. Si eſt diuitiarum vermis ſuperbia, quãtò illam magis ex ſeſe parient, qui nubium more attolluntur, ſuſpiciuntur, honorantur? quorum iudicio, conſiliis, manibus, ceruicem principes inclinant, qui terram æternis quibus abundant diuitiis fœcundant, recreant, locupletant? ſui, ergo egent demiſſione ſanè magna, magno commeatu omnium virtutum,

Luc. 24. 49.
S. Ephrem ſerm. de vita & exerc. Monaſt.
Eccl. 11. 3.
S. Hieron. Iſa. 1.
Auguſt. in Matth. ſerm. 5.
Chryſoſt. l. 3. de Sacerd.

qui opus ſuſcipiunt blandis omnium vitiorum incurſionibus obiectum.

6. Vbi verò rem tantam inchoarint, neceſſe eſt, ne ſuo exitio ſalutem mercentur alienam, vt illam ſeruatoris & optimi & peritiſſimi perpetuò vocem retineant. *Quid prodeſt homini ſi mundum lucratus vniuerſum, detrimentum animæ patiatur*; animæ primùm miſereantur ſuæ, deinde alterius; non ſe tubos ſed conchas præbeant; non impendant aliis, niſi fortè ad prophetæ vocem, pauxillum id olei quo vnguntur; quod exundabit, quod effluet, quod plenis & saturis ſupereſt, hoc verò egentibus tribuant. Denique recuperent proximum ſecundùm non ſupra virtutem ſuam & attendant ſibi, ne incidant, ac præ virium defectu in cœno hæreant, ex quo alios extracturi benignam manum porrexerant; cogitent ſe picem pertinaciſſimam, ac fœdiſſimam tractare, adglutinantem ſe digitis, quantumuis teretibus, niſi vnguento pietatis vbertim vngantur; purgare ſe continuò ſentinarum graueolentiam, ad quam generoſo ſtomacho

Matth. 16. 26.
Eccl. 30. 24.
3. Reg. 17. 12.
Bernard. ſerm. 78. Cant. 1. 2.
Eccl. 29. 27.

macho opus ſit; ſecare peſtiferos anthraces, & carcinomata, quæ medicos ſuos contagione ſæpe afflent, & incautos necent; vorare ſerpentes, & viperas quorum præſentiſſimis venenis interibunt, ſi amoris diuini, quo illa excoquantur conſtanti & valido ardore careant. Quare debet nobis hoc eſſe perſuaſiſſimum ad iuuandos in Chriſto animos, nihil eſſe animæ propriæ aſſiduâ culturâ potentius; nunquam fore efficaciora ſalutis alienæ præſidia, quàm cùm ab homine prodierint, ſanctis precandi, vincendi ſui, proficiendi ſtudiis egregiè ſubacto, Deique potentiſſimi factoris nutibus docili & parato; ac, vt ita non foret, nullam tamen nobis æquam eſſe pro anima commutationem, eiuſque quàm alterius cuiuſuis incolumen ſtatum debere nobis eſſe cariorem. Exin Sancti Dominicus, Bonauentura, Thomas, Xauerius, longis diu-noctuque orationibus à Deo hauriebant, quod in proximos ſpargerent; exin ſolidas noctes, cùm diem totum alienis vtilitatibus dediſſet, Chriſtus precando tranſigebat;

Reg. 26. bat; hinc nos, cùm aliquò mittimur, tam ſeriò vetamur conſueta in Collegiis ac Domibus orandi, & examinandæ conſcientiæ exercitia imminuere; nempe iſta ſunt quæ nos aduersùs pericula confirmant, vimque ac neruos addunt laboribus pereunti proximo nauandis.

7. At hæc ſui perdendi pericula, ne quem ab ſeruandis aliis terreant, Luc. 19. 22. putetque ideo fas eſſe ſuperſedere actioni, quòd ſecurior ſit contemplatio, animaduertat ſeruum illum, qui concreditum talentum pretiosè, ac fideliter cuſtoditum, repræſentabat Aug. l. de fid. & op. c. 17. Domino repoſcenti, fuiſſe nihilominus damnatum, quod occupandam pecuniam otioſam apud ſe habuiſſet. Huic deinde operi tam ſancto quicquid poteſt ineſſe diſcriminis facilè iis in bonum cedere, quos curandi ſui, ac præmuniendi ſollicitudo non deſerit; nam & putei, hauſtu crebro, non modo effœti non fiunt, ſed red- Clement. Alex. l. 1. Strom. dunt vberiores aquas ac limpidiores; nitet vſu ferrum, quiete rubiginem contrahit; vires igni ac luci vtendo, dandoque non decedunt; & fiunt magiſtri

magiſtri communicandâ cum diſcipulis ſcientiâ doctiores. Væ quidem dicenti & non facienti: At difficile eſt pœnitentium lapſus, angores morientium ac deſideria, & totam in noſocomiis, carceribus, familiis, intra celſas fores, & ipſa non rarò fauſtitatis fictæ conclauia, miſeriæ humanæ pompam habere ſemper ob oculos, & inde non fieri cautiorem, accuratiorem in paranda morte, addictiorem cœleſtibus; terrenis, ſibique inimiciorem. Præter hæc, liberalitas boni Patris, ſuorumque in ſeruandis animis adiutorum peramantis, promiſſa copiosè præſtat; datque ipſe dantibus pro beneficentiæ menſurâ; impinguat benedicentes, inebriantes inebriat, &, vt Regum nutrices cibis paſcuntur delicatis quo puriſſimum lactis fontem alumnis propinent; ſic immortalis verbi adminiſtri, vt natos ad Regnum Chriſti filios alant, exquiſitis ab eo dapibus profusè ſaginantur. At nos præcipuè per noſtros in proximum labores mente perficimur, iique ad partẽ progreſſus noſtri maximam pertinent. Sic enim Ponti- fex

Luc. 6. 38. Chryſoſt.

Prou. 11. 25. P. Chryſol.

Bull. inſtit. Iulij 3.

ſex deſcripto vnicuique noſtrum inſtituti ſcopo, *curet*, inquit, *primò Deum, deinde huius ſui inſtituti rationem, quæ via quædam eſt ad illum* (notentur hæc verba diligenter) *quoad vixerit, ante oculos habere.* Quare, ſi quem noſtrum ſcrupuloſior metus intra ſe ita ſtringat, vt ipſum aliorum auxilio ſubtrahat; ſi quis in ſecreto tranquilli ſeceſſus, & oratione adeò acquieſcit, vt inde conſilia & vires non colligat, ad opem proximo ferendam, ſed ſibi dumtaxat ſerere velit, ac metere; ſciat ſe ementitâ luce laruati dæmonis circumuentum, ſenſim à vocationis propoſito diuelli. Redierat in Hiſpaniam vir egregiè ſanctus ex B. Franciſci Ordine, vt ſe poſt ſudores multorum annorum in adducendis ad Chriſtum Indis collocatos, placidè ad mortem compararet, cúmque ſecum deinceps, id vnum ageret, videbatur ſibi quoties ſe daret ad precandum, videre Chriſtum de Cruce pendentem, & dulci querela exprobrantem, cur ſe, priuatæ quietis ſtudio, in ea Cruce reliquiſſet. Quam vocem non ferens

P. Alphõſ. à Roſa.

Vir

Vir Deo obſequentiſſimus, omiſſas Indias, & barbarorum conuerſionem repetiit, in qua diû adhuc ſtrenuè laborauit.

8. Reſtant duo ſanè præualida ad erigendam timiditatem meticuloſorum, ſtabiliendámque in curandis multorum contagioſis ægritudinibus conſtantiam. Primum eſt nuſquam nos gentium, vel officiorum ſecuriores vnquam fore, quàm vbi nos Deus ſtatuerit, ſua enim ipſe tuetur conſilia, & per ea ipſa quibus videntur diſturbanda, felicem ad exitum deducit. Spirant iuuenes ſancti inter medios rogos ventum roris flantem, tantum abeſt, vt ignem ſentiant; præeſt Elias Abbas annos quadraginta Monialibus trecentis, ea corporis & animi pace, ac ſi Monachos rexiſſet; tractant multi confitentium cauſas, & putrida vulnera, non ſolùm defæcatiore animo, & tranquilliore caſtimonia, quàm in ipſis experiantur ſacris, ſed cum magnis item ſanctorum aduersùs vitia odiorum; amoris in virtutes, ac vocationem acceſſibus, omnibus nimirum atque adeo virulentis,

Baſil. cōſt. Mon. c. 6.

Rom. 8. 28.

lentis, non intruſo, neque ſe ac ſua ſed Dei gloriam & obedientiam amanti, in bonum cooperantibus. Alterum eſt, tum ad omnia ferè, quæ difficultatis aliquid, aut diſcriminis prætendunt; tum ad illud quo de nunc agimus, forte ac validum; ipſa, inquam, vocationis noſtræ multis dicta, ſed non ita fortaſſis diſtinctè perFcepta gratia. Eam S. Thomas ex prouidentiæ diuinæ neceſſario officio accerſit, quæ cùm datas naturæ facultates, ne fruſtra ſint, neceſſariis ad finem, in quem ſunt conceſſæ adminiculis, ac viribus debeat omnino inſtruere; multò magis religioſas familias ad finem conditas ſupra naturæ limites euectum; qui cùm ſit tum familiis omnibus communis, tum proprius ſingulis earum hominibus, ac peculiaris; ad eum auxilia vtraque requiruntur, communia ſcilicet, ac priuata. Iam cum Societati IESV, verbi causâ, peculiarem ſcopum animarum ſalutem Deus præfixerit, ac per ſuum in terris Vicarium idonea illi deſcripſerit, ad eum obtinendum, confeſſionum, concionum, doctrinæ

4. diſt. 24. q. 1. a. 2.

ac

ac cætera quæ Pontificiis Diploma- *Bull. Iulij 3.*
tis vſuque ipſo patent, quis non videt illam ſapientiæ diuinæ effuſiſſimam bonitatem, non commiſſuram hæc adminicula tractaturis, vt neceſſarium robur, alacritas, aut etiam felicitas multa deſit, quibus optatum finem aſſequantur? Atque hæc eſt inſtituti noſtri gratia ſingularis, quæ in membra ipſius omnia vocationis beneficio ac neceſſitate quadam ſeorſum tribuitur ex qua fit ſæpè vt nec adeo ætate, nec ita doctrinis, non eloquentiâ, lepore, auctoritate, ſanctitate prouecti, eos excitent motus in populis conuerſioneſque ad Deum ac vir- 1. Mach. 5. 57.
tutem, quas tot iis muniti dotibus allij efficere nunquam potuerant, vt qui non eſſent eorum ex ſemine per quos Deus ſalutem Iſraëli deſtinarat. Claudamus itaque hoc duplex vt ſanè grauiſſimum, ita gratiſſimum ac ſuauiſſimum monitum, cum Dauide illius doctiſſimo & experientiſſimo.
Si ambulauero in medio vmbra mortis, Pſ. 22. 4.
non timebo mala, quoniam tu mecum es.

SECVNDA

SECVNDA PARS.

De præcipuis ad animas iuuandas præſidiis.

1. PRimum ſit. Exemplum totius honeſtatis, & virtutis Chriſtianæ, cui tantò plus ineſt ad perſuadendum roboris quàm linguæ ac verbis, quantò coram prætentat, ac præmonſtrat viam probatque re ipſa non eſſe acceſſu, aut inceſſu triſtem, & moleſtam. Ita Chriſtus magiſter optimus, docendi primordia ex geſtis; Ioannes ex deſerto, vitæque illic puriſſimæ ſplendore duxerunt. Parum valet ad perſuadendam demiſſionem Chriſti laudatio, deſcriptio, pictura, panegyris; ſunt iſta Comœdorum magis, hiſtrionũ, pictorum, ac forenſium Oratorum, quàm Chriſtianorum; quanquam nec profanus ſat vnquam feliciter Orator perorabit, ſi eius quod exigit ab auditoribus exemplum in ſe non præferat. Sed præter vim illam quàm præ omni ſermone facta in animos exercent, accedit

Conſt. Societatis 7. part. c. 4.

Bern. de S. Benedict.

Hieron. ep. de vera circumciſ.

Baſil. Chryſoſt.

accedit etiam quod Dei manibus nos aptant, quibus niſi mouemur, & agimur, ſumus planè ſaluti alienæ prorſus inutiles Deo enim animã gignere, excitatámque à morte & inferis, luci ac cælo reſtituere, diuini eſt operis; ad quod humana ſiue induſtria, ſeu doctrina & labor non attingunt; vna id diuina bonitas, vel ſeipsâ molitur & perficit, vel tenuitatis noſtræ ad hoc adhibens inſtrumenta, ſi manu ipſius indigna non fuerint; quò igitur Deo gratiores, ac ſimiliores, quò coniunctiores fuerimus, eò ad tantùm diuinæ potentiæ facinus futuri ſumus opportuniores; vt contactu magnetis vnà & rapitur, & vim ferri rapacem annulus contrahit, imprimítque mox eandem alteri, & per hunc aliis, ſic, inquit Plato, tacti diuinitus cæteros ad Deum ſecum trahunt; at, ſi friges, ſi torpes, ſi flacceſcis, vnde flammas & ſpiritus quæ ſpargas accipies? ex officina Rhetorum? ex verbi ſapientia? ex tui ipſius tacitâ prædicatione? ex ergaſtulo vanitatis? miſerum te, ſi crucem Chriſti his artibus euacuare meditaris; Amẽtem

1. Cor. 17.
2. Cor. 5. 5

tem, ſi paſſuram putas, vt iſtis cre-
pundiis ipſius poteſtas tribuatur.
Non eſt, vt reris, vtque tibi blandiris
concionandi donum ac talentum in
auditorum turba & plauſibus, quæ
circulatores in compitis, in foro
cauſidici maiora te facilè colligunt;
ſed in eo vt qui Auditorium ſubeunt
M. Auila. dæmones, mutati in Angelos rece-
dant, & cùm finem dicendi feceris,
non audientium clamore, ſed lacry-
Lib.2.c.1. Vita. mis, aut mœſto ſilentio lauderis. Cer-
tè B. Franciſcum Borgiam, cùm in
Cantabria ad populum diceret, Ca-
ſtellanæ linguæ imperitum maxima
pars nequibat capere, omnes tamen
in fletus & ſuſpiria liqueſcebant,
quod ſanctum, vt aiebant Ducem in
ſuggeſtu ſpectarent, & occultum
quemdam eorum, quæ is ſuadebat,
intus ſentirent interpretem.

2. Iam ad propriam virtutem ad-
hibenda eſt item precatio quæ ardo-
rem veræ pietatis orando gemendo-
que in proximorum animos cælitus
7.p. Conſt. cap.4. adducat; nam iuuatur etiam proxi-
mus, inquit, S. P. N. Ignatius ſanctis
Exod. 17. 12. deſideriis & orationibus; illius hoſtes
ſublatis

ſublatis in cœlum manibus expugnantur,& precantium ore ita repente abſumuntur, vt ſolet bos herbas adusque radicem carpere: Deo arcum tendenti manus ligat feruens precatio, excutit irato tela de manibus & iuſti furoris copiam videtur Deo abſtuliſſe: Petit ergo à Moſe vindictæ facultatem nec euincit; vetat ſibi à Hieremia obſiſti; ſæuientem immani iam clade, ac poſt cæſa quatuordecim millia, punire vlterius ſeditioſos properantem, Aaron prolato ſeruitutis ſuæ ſcuto, oratione inhibuit: & gaudet quæritque miſericors pater ſontes caſtigaturus filios, adeſſe quempiam qui pœnam deprecetur, extorqueat verbera, meliora pro illis ſpondeat; dolet verò, ſi reperiat neminem, qui occurrat, prohibeatque terram diſperdere; at hæ preces vt hoc obtineant debent ab grato interceſſore proficiſci, quæ vel ſola ipſius conditio tam eſt ad impetrandum potens, vt piis decem ac probis hominibus nefandæ Pentapoleos; & vni tantùm iuſto excidionem Iudæorum condonatura fuerit

Num. 22. 4.
Exod. 32. 10.
Hierem. 7. 16.
Num. 16. 48.
Sap. 18. 20.
Ezech. 22. 30.
Gen. 18. 23.
Hierem. 5. 1.

Digitized by Google

rit Dei clementia. Non legimus Abrahamum pro fratris filio deprecatorem interceſſiſſe; memor tamen Abrahami Deus illum ruinis damnatarum vrbium ſubduxit, quin & eidem Lotho paulo cunctantiùs in oppidulum fugienti; *feſtina*, inquit, *non enim potero facere quicquam donec ingrediaris illuc*, adeo vnius probitatem infenſa reliquis omnibus, ira numinis obſeruabat.

Gen. 19. 22.

3. Eſt & zelus ſyncerus animarum ad eius gloriam qui eas creauit, ac redemit, quouis alio emolumento poſthabito, momenti maximi, ad ſalutem earum promouendam; nam hic ignis oſſibus incluſus, & exæſtuans intus, ac vitalia depaſcens, totum ſibi hominem eripit, vt Deo totum & proximo abſumat, omnes animi vires ad inueſtigandum, venandum, piſcandum præcipitat, quos, quibus ſolatiis ſubleuet, quam opem, cui morbo, malove admoueat; quæ incitamenta & officia ſalutis, vel impedimenta maximè vrgeant, vbique lucem, vbique flammas, vbique incendia non tantùm ſpargit, ſed

S. Ignat. 10. p. conſt. § 2. Hierem. 20. 9.

Hierem. 16. 16.

:d meſſem igneam datura ſeminat, bique illuminat, vbique vrit moraũ npatiens, quietis expers, labore ge- :iens & creſcens, intabeſcens diuinæ :gis opprobriis, ciuium ſuorũ inter- :ctioni, deſertionibus perditorũ; ac mederi tot malis nequeat, ſuos præ olore in ſeſe impetus conuertens, ipſum deuorans, totumque in ge- iitus & lacrymas diſſoluens. Deni- ie nullum eſt præpotenti Deo ſa- ificium, animarum zelo acceptius, ım nihil earum ſalute, aut Deo ſit ıarius, aut cariore pretio ſteterit. uantò ergo illæ præſtant corpori- ıs, tantò ij planè meliores, qui ſuas eras earum vtilitatibus impen- ınt, quàm qui alendis corporibus bſidio adſunt; ac finge te iſtis millia ımmorum plurima contuliſſe, etſi ɔc per ſe magnum pulchrumque :; ſed longè magnificentius pereun- ım animarum incolumitati conſu- :e, cúmque Moſes ſexcenta fortiter mirabiliter patrarit; nihil tamen :atus Chryſoſtomus æquè in eo miratur, vt illam immortalitate di- am vocem. *Aut dimitte eis hanc noxam*

Pſ. 110. 51. & Hierem. 9. 1.

Gregor. hom. 12. in Ezech.

Chryſoſt. hom. 79. & hom. 1. in Geneſim.

Exod. 32. 31. *noxam aut, ſi non facis dele me de libro tuo quem ſcripſiſti.* Huius tam præclari ac nobilis ſtudij vt partem aliquam aſſequamur, cogitemus, quæſo, animarum causâ iam inde ab æternitate, quid molitus ſit Deus; quid deinde Chriſtus ab ortu ſuo geſſerit, tulerit, dederit; quàm immenſo illas, infinitóque pretio æſtimarit; ſecundo loco, Deum pro amore quo illas proſequitur, & illis quibus nos onerauit donis; cùm ipſe nullius egeat, velle debitam ſibi, in illas gratiam rependi, ac ius omne beneficij repetendi ab ſeſe in eas tranſtuliſſe, liquidò imputaturus nobis quicquid earum gratia fecerimus. Tertiò hanc eſſe de iis quæ Deo peccauimus optimam ſatisfactionem vt auocemus cæteros à peccando, & quod Dei honori errando detraximus, per eos ſaltem reparemus. Verùm ne hic ardor in iis ſeruandis fines exeat ſuos, imitatione Paſtoris mitiſſimi neceſſariò eſt regendus, qui repertam poſt multos ſudores ſtolidam ouem non verberat, ſed placidè in humeros ſublatam lætus reportat in

2. Machab. 14. 15.

Auila c. 95. in Audi filia.

Luc. 15. 5.

Digitized by Google

in ouile;quis furit in exerrantem, & palpantem cæcum, ac non potiùs miſeretur, & manu prehenſum in viam reducit? Quæ mater prolapſum filium amens cædit, & crebris ictibus humi grauiùs affligit? cùm erigendus ſit primùm, placandus, curanduſque, deinde caſtigandus. Veniat in mentem illa Chriſti Iesv ad B. Carpum alioqui ſanctiſſimum, ſed Dei æmulationi aduersùs Apoſtatam plus æquo indulgentem aculeata vox. *Extentâ manu percute me, quia iterum paratus ſum pro peccatoribus pati.* Illa Ionæ interitum hederæ plus dolentis, quàm illa centum millium, boni, malique diſcrimen ignorantium reſponſo carens obiurgatio: Illa Conſtantini ad Acacium Epiſcopum, in recipiendis lapſis duriorem, *Ergo ſcalas Acaci admoue, & ſolus in cælum conſcende:* Moſem imitemur, & admiſſis in Deum offenſis acriter [ir]ati reorum caſu doleamus, ac Deo [ſu]pplices pro iis continuò aduoluamur; optemus cum Apoſtolo Paulo [a]nathema eſſe pro fratribus, hoc eſt, [ut] piè B. Bernardus explicat, matrum

S. Dionyſ. ep. ad Demophil. 8.

Ion. 4. 11

Hiſt. Eccleſiaſt. p. 2. cap. 4.

Auguſt. q. 64. in Exod.

Rom. 9. 1.

O pauperum

pauperum more, quas etſi famelicas nunquam eâ lege ad cœnam induxeris, vt ploratores & ſcabioſos, quos ſecum gerunt infantulos ad fores relinquant; ſic peccantes complexi, aut vnâ illos in Domini gaudium vocati trahamus, aut niſi hoc poſſumus, cum iiſdem ieiuni ad fores expectemus, dum intro nobiſcum illos ducere poſſimus. Sunt hæc miſericordiæ viſcera, quæ ſancti iubentur induere,
Coloſ. 3. 12.
quæ Pontifex noſter Iesvs Chriſtus nunquam poſiturus pro nobis ſuſcepit, quæ S. Ambroſius tam prolixè à Deo impetrarat, vt cum iis effuſè fleret, quos audiebat confitentes; hac vini & olei prudenti mixturâ domantur, ſanantur, reualeſcunt, perſuadentur peccatores; non repulsâ, vel
Luc. 10. 34.
aſperitate, quæ illis potiùs ſacramenti, eiuſque miniſtrorum horrorem ac metum ingenerant.

4. Hæc autem & talia, quò fructum maiorem nullo noſtro periculo ferant, non eſt nobis in ea quæ hominem circumſtant, ſed in hominem ipſum & quidem in corpore latentem, hoc eſt in animum mentis

acies

Digitized by Google

acies defigenda; Quid modum tuæ in alios charitatis; ex eorum panno, ex habitu, ex formâ fucatæ, ſed putris carunculæ metiris? animam inſpice, in Dei ſpeciem, in pulchritudinem immenſam, in delicias immortales olim efformatam, nunc reſtituendam; in hanc intuere, nec ſolùm formarum delectum non habeas, ſed neque diuerſitatem ſexuum attendas, vt rectà in Deum tua charitas ſpectet, ab omni ſenſus labe, ac diſcrimine libera, & Chriſti IESV cruorem pretioſum ex mendicorum animabus æquè ac diuitum colligas, imò potiùs ex illis è quibus vberius, caſtius, durabiliore, facilioreque fructu ac expreſſiore Chriſti Domini imitatione legi conſueuit; multum nobis primores, & diuites furantur temporis, inhalant fumi, ſuffundunt tumoris, & mollitudinis; pondus ſuper ſe tollit qui honeſtiori ſe communicat; Deus in paupere puriùs quæritur; certiùs, procliuiúſque inuenitur; eget ſæpiùs pauper etiam ſalutis ducibus, & adiutoribus, diues iis affluit & redundat.

Bern. de ord. vitæ, & morum Inſtit.

Gerſon.

Tertia Pars.

De quinto proximos iuuandi præſidio, Dei fiduciâ & diffidentiâ ſui.

Prou. 3. 5. Bull. Iul. 3. 2. Cor. 3. 4.

HAbe fiduciam in Domino ex toto corde tuo & ne innitaris prudentia tua. Talem Societatis operarium Iulius III. deſiderat ſuis viribus diffidentem, & diuinis fretum, ad quas Apoſtolus ſuam omnem referebat, ſufficientiam, iiſque ſe noui Teſtamenti miniſtrum idoneum effectum prædicabat, cum ex ſe ipſe ne cogitare quidem, quidquam boni valeret; piſcatores ignaros Chriſtus, in orbis Doctores delegit, non peritum legis Nathanaelem, illum cuius integritas ipſiuſmet digna præconio fuerat. Amalecitas Dauid Ægyptij ductu morbo, fame, ſiti iam prope confecti profligauit; nullis ita prodigiis Ægyptus obſtupuit, quàm cùm Moſes percuſſo puluere, muſcarum excitauit nubem; in hoc vno digitum Dei eſſe incan

Ioan. 1. 47. S. Auguſt. tom. 7. 1. Reg. 30. Gregor. lib. 5. Moral. c. 29.

incantatores agnouerunt, Deus ad preces B. Iacobi Epiſcopi, Perſarum exercitum Niſibim obſidentem, & iam iamque capturum exercitu culicum diſiecit; gaudet ipſius potentia, ſuperbiam Dæmonis tenui ſub hoſte frangere,& viliſſimis, atque inermibus fortiſſima quæque debellare. Nec enim in gladio noſtro poſſidemus terram quam noſtris laboribus ſubiicit, & brachio noſtro non ſeruamur ſed dexterâ tuâ & brachio tuo, & illuminatione vultus tui, ac ne noſtris quidem id meritis,ſed quoniam complacuiſti in nobis. Aduertamus, Petrus quam prædam ceperit, cum ſua ſponte atque ingenio rete miſit; quid deinde cum Chriſti imperio; illinc præter tædium, fatigationem laborioſæ noctis; iacturamque nihil tulit; hinc tantam vim piſcium, tam promptam & facilem, vt mox quod ſuum propriè, quodque Dei erat perſpicue edoctus exclamaret. *Exi à me quia homo peccator ſum Domine.* Optimum cenſet B. Hieronymus ſi non ſolam à Moſe liberandi populi onus recuſante abiectionem noſtri, & diffidentiam;

Pſal. 43.

Luc. 5. 4.

tiam; non ſolum ab vltrò ſeſe offerente ad prædicandum Iſaia, Dei fiduciam diſcamus, ſed vtrumque aptè miſceamus cùm alterum alteri opem præſtet, vnum ex noſtri, alterum ex Dei cogitatione oriatur.

2. Ita nihilominus ambo capienda, vt ne quid eorum omittamus, quæ poſſunt à nobis in proximorum auxilium proficiſci quaſi ex iis quibus non eget Deus, noſtris conatibus omnia penderent, nam & iubetur Petrus retia iacere, & illa explicat, trahitque poſtea ſuis ac ſociorum neruis, ne
1. Cor. 3. 9. frustra putentur Dei adiutores, &
1. Cor. 4. 1. cooperatores nuncupari, tametſi quoad ſe, licet omnia fecerint verè
Luc 17 20. dicantur inutiles; quam ſuæ con-
Act. 3. 12. ſciam imbecillitatis contemptionem
Act. 14. 10. ſui, adeo ſynceram tenuerunt, dum cœlo terraque attonitis patrarent corporum & animorum miracula, quaſi hæc ad illos nihil attinerent.

3. Hæc porrò eximia ſuorum conatuum, ſuique totius deſperatio, plenis tamen ſpebus Deo nixa, quantum poſſit, oſtendit S. Cyprianus qui

qui magnifica illa Dei promiſſa interpretans, *omnis locus quem calcauerit pes veſter, veſter erit*; *pes*, inquit, *veſter vtique ſpes veſtra eſt, & quantumcunque illa proceſſerit, obtinebit*, quod idem affirmat B. Bernardus, & facto ipſemet Chriſtus docet, cum valetudinis beneficia principi Synagogæ, centurioni, hæmorroiſſæ & aliis pro modo ipſorum fidei metitur, imò & Petro tumorem fluctuum calcanti. Proh! quantulo ſuam nobis addicit potentiam? *Nolite timere*; inquit, ad Ioſaphatum eiuſque milites, Ammonitarum & Moabitarum multitudine, animo collapſos; *non eſt enim veſtra pugna, ſed Dei*; *non eritis vos qui dimicabitis, ſed tantummodo confidenter ſtate, & videbitis auxilium Domini ſuper vos*, quod quidem fuit eiuſmodi, vt ſe tot hoſtium millia cædibus mutuis trucidarent. Hac ſpe vnâ noſtrâ eget Deus, vt ingentia per nos patret; nullus ſperans in eo confuſus eſt, nullum ſe inuocantem deſpexit. Dei videlicet rem caſtè gerens, eiuſque cauſam fideliter ſpes iſta tractans; nihil ſibi, Deo attribuit vni-

Deut. 11. 4.

In Pſalm. qui habit. ſerm. 15.

Matth. 9. 18.

Matth. 8. 11.

Matth. 9. 21.

Matth. 14 31.

Eccl. 2. 11.

Pſ. 125. 9.

uerſa, confuſionem ſibi, Deo gloriam quærit, cumque ſe vltro fateatur multis eſſe dignam ſuppliciis, at vociferatur cum Ioſuë, *Quid facies magno* c. 7. 9. *nomini tuo?* peruincitque Deum, ne ſuæ cauſæ deſit. Diuino præterea ſeſe imperio ſuſtentat, rata eum qui iuſſit, daturum vt iuſſa perficiat; nam ſi ad illius ædiculæ mobilis egregiam fabricam Bezeleelem & Ooliabum mirâ ſapientiâ inſtruxit, ad elaborandum Deo in hominum cordibus Luc. 21. 15. æternum quod iuſſit, quodque deſcripſit ſacrarium, non dabit illius architectis, & opificibus os, & ſapientiam, quibus omnes difficultates ſuperentur.

4. E contrario autem, nulla æquè re Deus ac diffidentiâ irritatur, vt quæ ipſius potentiam traducere, bonitatemque videatur; itaquè Hebræis, promiſſas ſedes poſt exploratorum reditum deſperare incipientibus; *feriam igitur eos*, inquit, *peſtilentia, atque conſumam*, nec euicit precando Moſes, quin ſexcenta illorum millia perirent, ſola infantium filiorum inſons ætatula, cui ſuâ perfidiâ cauere

:auere voluerant, cùm animoſis & :onfidentibus Ducibus Ioſuë & Ca-ebo, Dei munere potirentur, ne ipſo quidem legis datore tanto Moſe, & Aarone fratre ad illius introitum ad-miſſis, quod ij etiam in expectandis è ſaxo aquis vacillaſſent. Ex quo imprimis conficiendum eſt, quantùm mœror quidam puſilli animi Deo diſpliceat, ſiue ex moleſto tentationum certamine, ſeu tenui in virtutibus progreſſu, vel ex arduis, & difficilibus quæ nobis iniuncta ſunt miniſteriis oriatur. Deinde in his & in aliis quæcumque nos terrent, vel fatigant primum haudquaquam ab homine, vel caducis rebus ſed à Deo ſtatim petendum, ſperandumque remedium; futurum alioqui, vt humana omnia fruſtra ſint. Num. 14. 20.

5. Et eſto poſt multos denique ſudores, ne adſit quidem ad comedendum botrus, nihil promoueatur in conuerſionem animorum, in Dei cultum nihil agatur; At Chriſtus ſoli quandoque mulierculæ; non credituris ſæpiſſimè, ſæpè etiam irriſuris, & accuſaturis prædicauit, ſecurus vti- Mich. 7. 1.

O 5 que

que futuri, ſed agendi formam ſuis operariis effingens: Quî ſcis tam grandi è numero, num quem Deus cœlo per te deſtinarit? Da tempus aliquod ſementi nec ab agro meſſem illicò repete, cum illi ſemina vix bene commiſeris. At ſunt, inquies, pueri & parum capaces diuinorum fruſtraque cum iis tempus conteritur; imò admodum fructuosè cùm eos naturæ docilitas primi occupantis efficiat, & magnopere interſit vt illos Deus præripiat Dæmoni, virtus vitio anteuertat; nam ſi, quòd ſtatim ad nuces redeant, repellendi ſunt à confeſſione; num ætate prouecti ad ſuas redeunt non nuces ſed mortes? nec iis tamen Sacramenti negandum præſidium, modo futuri videantur melioris propoſiti tenaces. Numquid ſentinam exhauriens ob hoc propterea, iure ceſſet, quod aquæ tantumdem quantum eiecerat mox rediturum ſit; num manus quotidie lauare omittimus quod quotidie inquinentur? Num S. Ignatius parùm prudens erat, cùm proiecti pudoris fœminas tanto molimine ad frugem reuocabat, vtique

Gerſon de paruul. trahendis ad Chriſtum.

Digitized by Google

que ſat gnarus quàm leuiter ab ea recederent, ſed ratus optimè collocatum quantumcunque in iis laboraſſet, modò vel ſemel à lethali noxa illas auertiſſet. Verùm demus, ne ab vno quidem nos quemquam crimine retracturos, *at*, inquit, B. Bernardus ad Eugenium quondam ſuum, tunc verò Pontificem; *curam exigeris, non curationem*; labores ſuos S. Paulus ſæpiùs memorat, labori mercedem paratam aſſerit; laborum præmia Iuſtis Deus rependit, fructus verò illorum in coronarum diſtributione, nulla ratio initur, cùm is vltra naturam & homines euectus, non poſſit humanis laboribus imputari. Ac Deus quidem Abrahæ filios de lapidibus duris non rarò ſuſcitat; non rarò reſpicit infelices, ac relinquit poſt ſe benedictionem, ſed hoc etſi non foret, an propterea fontes aquam reuocant ſuam, aut parciùs vomunt, quòd eā parciùs colligatur; & non id potius magnas vrbes decet, in iis vt magna copia decurrat & pereat? Num ſaltem diuina æquitas totidem argumentis improborum conſcientiam glorioſè dam-

lib. 1. c. 9. vit.
lib. 4. de conſid.
Eccl. 32.
1. Cor. 15. 10.
1. Cor. 11. 23.
Chryſoſt.
Iſa. 55. 1.
Pſ. 50. 6.

nabit, quot eos præſidiis ſeruare contenderit, ereptâque illis omni prorſus excuſatione fateri ſubiget nihil vltra ingratæ vineæ impendi laboris, opiſque potuiſſe. Venire ad cœnam
Iſa. 5. 2.
vocati abnuant, vocanti iuſſu Domini ſeruo ſua conſtat merces illis ſua, ſi parent, obedientia, ſi rebelles ſunt lumini culpa; huic ſua tantùm quicquid eueniat, diligentia adſcribitur; imò vt ij maiore merito, orando durant, quos nulla interior dulcedo recreat; ſic ſanè qui agros ſteriles, vnius Domini causâ vertunt, nec vlla fructuum ſpecie pellecti, operi nihilo ſegnius incumbunt, multò ſe magnificentius Domino commendant, cuius vnum habent inter laborum moleſtias pro inuitamento, ſolatioque obſequium.

***

De

De tribus religioſorum votis.

CAPVT XVIII.

PAVPERTATIS ſanctæ diues conſilium Christus in Euangelio daturus, *Si vis*, inquit, *perfectus eſſe vade vende omnia & da pauperibus, veni, ſequere me*, innuens hanc eſſe ad perfectionem viam, non perfectionem; at paſcendam Petro daturus Eccleſiam, charitatis perfectæ abſolutionem ex eo exigit, nec ante illum dilecto gregi paſtorem præficit, quàm is ſolennem amoris in Deum eximij profeſſionem reſponſo triplici ediderit. Nimirum Eccleſiæ doctores, paſcendarum dignitas animarum perfectos petit non efficit; religioſum verò Inſtitutum, vt efficiat perfectos, imperfectos admittit, qui cùm ad illud ſeſe adiunxerint, non ſe propterea gloriantur perfectionem aſſecutos; abſit, ſed ſequi tantùm atque contendere, ſi quo modo illam comprehendant. Quæ quidem illorum

Matt. 19.

Ioan. 21.

S. Thom. 2. 2. q. 184. art. 5.

rum

rum nobilis & generoſa contentio, tribus potiſſimùm nititur votorum trium præſidiis, paupertatis, caſtitatis, obedientiæ quibus diuitiæ, voluptates, amórque arbitrij proprij coguntur via faceſſere, in quâ inſidias & latrocinia, vel moras ſaltem moliuntur; animus verò vt vni Deo adhæreat, omni poſſeſſionum, familiæ ac ſui ſollicitudine liberatur; totus denique homo præſtanti bonorum, animi, corporis, & exteriorum holocauſto, charitatis igne Deo conſecratur: ſuntque hi excellentis monetæ ac pretij tres nummi, quos petenti, indicantique Chriſto Franciſcus pauper tam integrè è ſinu obtulit, vt nullus planè in contrarium admiſſi conſcientiâ morderetur.

S. Thom. 2. 2. q. 185. art. 7.

1. Cor. 7. 1,2.

1. par. l. 1. cap. 73. Chron. S. Franc.

PRIMA PARS.

Quàm vberes fructus ex tribus votis capiamus.

1. HOrum votorum, quàm ſuauis, tam ſolidus, & ſalubris fructus, eſt ipſa quam tribuunt, virtu-

tis,

tis, pietatiſque conſtantia, hanc ſi tollas ab religione, nomen ei relinquis piis omnibus commune, ſed religioſum tollis ſtatum, qui nec firmus eſſe, nec ſtatus poteſt, ſi ex humani arbitrij pendeat volubilitate, ex quo poſſe, ait frater Ægidius, perfectum eſſe in ſæculo quempiam ſe tamen ideo vel vnum in Chriſti domo gratiæ diuinæ gradum malle, quàm decem in ſæculo, quòd ille vnus tum ibi facilè ſeruandus, tum eſſet breui ſeu fratrum exemplo, & ſocietate, ſeu virtutum vſu & Sacramentorum prope neceſſario ac frequenti plurimum augendus; illic verò decem impugnarêtur diris modis, & tam lubrico, inimicóque loco poſſent ægerrimè retineri. Quâ ſancti viri cordatâ ſententiâ illorum error detegitur, qui cum faſtidire quæ arripuerant, religioſa Tyrocinia cœperint, mulcent animum reclamantem, ſpe vitæ in ſæculo, prout in religione didicerunt, ſed tamen liberè ducendæ; nec animaduertunt nimiùm ſimplices, tam multa vndique, atque adeò ab ſeſe obfutura, vt id omnino non ſint præſtituri.

S.Thom. 2.2.q.184 art. 5. q. 286.a.6.

2. Alter

2. Alter fructus eſt meriti cumulus, ac pretium operum quo maiore gaudent ex voto geſta, quàm ex arbitrio; præterquam quod enim ſunt ex ſe bona; per promiſſionem obſtricta Deo, ad cultum iam diuinum pertinent, neque tantùm probæ, ſed religioſæ item actionis præmio obeuntur; & cùm violantur, non modo ſcelere contra Dei legem, de fugiendâ, vt exemplo dicam, caſtimoniæ macula; ſed contra reuerentiam rei Deo ſacræ, fidémque Deo nuncupatam, ſacrilegio temerantur. Deinde qui ex voto agunt, non modò fructum atque vſum, ſed arborem quoque ac Dominij ius Deo tradunt, hoc eſt, ita ſe caſtos & pauperes, & morigeros ei præbent, vt aliter nequeant, facultate contrariâ pridem illi planè conſecratâ: Denique vt aquas, fontium; ſic hominum vitam, mentis bonitas nobilitat; eſt verò tantò futura melior quantò erit Deo, ſanctitatique adſtrictior; vt enim propoſiti ad peccandum obſtinatione creſcit immenſum ſceleris magnitudo, ſic ad benè agendum firmitate, quam ex voto habemus,

S. Thom. 2. 2. q. 88. art. 6.

S. Bonau. S. Anſelm.

Digitized by Google

habemus, piorum operum pretium apud Deum mirificè aſſurgit; ac demùm animam, cum voti ſponſione immortali ſponſo fidem obligat, perditi riuales ſpe caſſi relinquunt, ac ſollicitare in poſterum omittunt.

3. Tertius fructus quàm eſſet admirandus indicarunt ſancti cum Baptiſmi nomen religioſæ iſtorum votorum profeſſioni tribuerunt. Eſt enim is fructus ex B Thoma, tam integra omnium quæ quis vnquam peccarit venia, vt ſi poſt emiſſa ſtatim vota contingat è vita diſcedere, rectâ ſit in cœlum abiturus, abſque vllâ in piacularibus locis mora. Quàm tamen condonationem haudquaquam accipiunt Doctores quaſi ex Pontificum Indulgentiâ conceſſam, quâ tum fruuntur Nouitij, cùm primum religioſâ veſte induuntur, ſed ex operis tanti excellentia ſingulari, cui vinci neſcia liberalitatis diuinæ munificentia vitæ anteactæ offenſas penitus remittit; ſic B. Antonium, cum per viſum in cœlo, ſcandentem accuſatores Dæmones confertim repoſcerent,

Hieron. Cyprianus Bernard. 2. 2. q. vlt. art. 3. ad 3. & Caiet. ibid.

rent, defenderunt genij tutelares, aſſerentes de iis, quæcumque in ſæculo peccaſſet, eum liquidò tranſegiſſe cùm religioſum Ordinem per vota iniret. Deinde, ſi potuit Nabuchodonozor eleemoſynis peccata redimere, quantò magis non lentâ rerum aliquarum diſpenſatione, ſed celeri omnium ſuique adeo conſecratione? accedit, quòd Religioſis hiſce votis alia cedant vniuerſa, & in ea tanquam meliora iuris auctoritate commutantur. Martyrio denique ſi ob præſtantiam charitatis tam abſolutè omnes vitæ labes expiantur, vt iniuriam faciat Martyri qui orat pro Martyre, Religioſum inſtitutum cui per hæc obligamur vota Martyrium eſſe Sancti aiunt, illo quidem quo ſecantur membra horrore mitius, ſed diuturnitate moleſtius; verùm vtrobique quicquid poſſidet Martyr, & quicquid eſt cum Deo immolet, vtrinque propterea tantam à Deo munditiem obtinet, nullum vt in ipſo vitæ inquinatæ veſtigium maneat.

Et Scriptura de voto & voti redempt. Thom. de temp. Bernard. ſerm. 30. in Cant. Clement. Alex. 4. Strom. S. Aug. l. 15. ciu. cap. 8.

4. Quartum iure fructum adiungere poſſimus perfectionem libertatis,

tis, quam imperiti homines falsò vocant imminutionem: peccare, ex ſancto Anſelmo, non eſt libertas, nec pars libertatis, ſed imbecillitas & impotentia; quò enim eſt quiſque aduersùs rem ſuam ſalutémque potentior, eò prauitati, peruerſitatíque fœdiùs inſeruit; iſta, iſta eſt ſumma & pulcherrima arbitrij noſtri facultas, quæ ad Beatorum Deíque ipſius, qui peccare non poſſunt, accedit libertatem, quæ vetat licere quod cum detrimento licuiſſet quæ priuatam extinguens voluntatem, eâdem operâ inferorum extinguit incendium; tandem quæ nobis tam imperioſam in nos ipſos tradit poteſtatem, vt quod homines vulgò ſibi non poſſunt, imperare, ob contrarios iuſſus perturbationum, quibus famulantur, hoc ipſi nobis, cum Dei gratiâ, paupertatem, inquam caſtitatem, & obedientiam imperemus. O ſanè liberam ſeruitutem noſtram, regnoque ſimillimam! ô ſuauiſſimum Chriſti iugum, ſi eius vincula & pondus ornamenta putemus eſſe non onera. *Iniice pedem tuum in compedes illius, & in torques*

Cap. de fortit. Albert. magn. de virtutib.

2. Petr. 2. 19.
Ioan. 8. 34.
Ambroſ.

Eccl. 6. 25.

torques illius collum tuum, ſubiice humerum tuum, & porta illam & ne acedieris vinculis eius.

SECVNDA PARS.

De Magnis Religioſæ Vitæ bonis.

Pſ. 8. 6. QVando in Ægypto, inquit B. Hieronymus, eramus, extruebamus ciuitates Pharaoni, lutum & laterem portabamus, & tota anima noſtra quærebat paleas; deerat tamen ſub grandi tot onerum ac perpetuò faſce gementibus frumentum, & manna de cœlo, nec vlla fractis requies dabatur; at fidelis Deus per quem vocati ſumus in ſocietatem Matth. 11. 30. Filij eius diuertit ab oneribus dorſum noſtrum, & ſanguinolentam tyrannidem dulci nobis iugo permutauit. Enumeremus, ſi poſſumus, quantus nos in ſæculo maneret, quàm acerbus & multiplex dolor, quàm denſa calamitas ab amicis & hoſti- 1. Cor. 7. 32. bus, cognatis & externis, cælibatu

&

& nuptiis, vxore, liberis, opibus, paupertate, vndique omnino & omni ex parte, atque cauſa, & hinc aliquam partem miſericordiæ diſcamus, quæ nos tot miſeriis ſubtraxit; at ſi non poſſumus, vel hoc ipſo clarius cernamus, in hoc vno vocationis noſtræ bono quàm multa à Deo accepimus.

2. Quæ licèt tanta ſint, quanta illorum quantumque varia infelicitas eſt, quos paſſim videmus mundo militare, ſed in libertatem ex ſeculo aſſertis, conditiones attributas, quibus verbis, aut pectoribus proſequemur? *Ecce nunc benedicite Dominum omnes ſerui Domini qui ſtatis in domo Domini, in atriis domus Dei noſtri*; Quid dico in atriis? imò in conſpectum perpetuum, intimamque admiſſi familiaritatem; non iam ad ruſtica Villici, ad domeſtica Atrienſes, ad quotidiana ſerui, ſed amici & omnium conſcij; ſed hæredes & filij, ſed regni conſortes; ſocij Tribunalis, Sapientiæ Auditores, inferiorum ſeruorum apud communem Dominum patroni, ac dicere liceat cum rubore,

bore, propemodum Domini, ſic ij nōſtræ quieti adlaborant, vigilant ſomnis, proſpiciunt ſumptibus, menſæ, commodiſque ſuppeditant, & quid plura? ingrati! ſi hæc præterimus, ſi leuidenſe cogitamus; ſi etiam, ô magnum ſtuporem præſtitiſſe nos Deo tacitè reputamus, quod ſimus in eius familiam tam altè cooptati, quaſi noſtro id foret, non illius liberaliſſimo delectu factum. Quid verò tibi, ô bonitas, nimia bonitas, quid in nobis placere potuit, cùm eſſent omnia odio & ſupplicio digna, cuius causâ tanto è numero nos tibi potiſſimum legeres & ſecretiori aulæ adſcriberes? Vidit ſua in arte ſculptor, quod futurum erat, & amauit in rudi trunco, vel informi ſaxo, non quod erant, ſed quod inde ipſe facturum ſe videbat, ſic nos & Deus amauit peccatores quos præſciuit, & prædeſtinauit conformes fieri imagini filij ſui, illius munus eſt, quòd ciues effecti Hieruſalem ſuper lutulenta Babylonis flumina ſedemus & flemus, non autem in illa & cum iis inter ciues Babylonis agi præcipites, voluique geſtimus; flemus,

Auguſt. tom. 8. in epiſtol. Ioan.

Auguſt. Pſ. 136.

mus, inquam, dum recordamur tui ſancta Sion, vbi totum ſtat & nihil fluit; flemus illos, qui coram rapiuntur, ſorbentur, præfocantur; manum periclitantibus tendimus, ſemiuiuos piſcamur, quod tam habili niſu & tam peritâ charitate vtinam præſtemus, ne ipſi pariter ab iis abrepti cum iis pereamus. Cœnoſum hunc amnem cùm adſpectabili figurâ B. Anſelmus orando vidiſſet, & miſeraretur attonitus, illius vorticibus iactari, ſuſdeque confertiſſimam turbam, illius ſordibus, & luto iucundè veſci, graueolentiâ delectari poſtea in locum deductus puriſsimarum voluptatum, & pulchritudinis admirabilitate ſingularem, hanc eſſe didicit religioſi ſtatus graphicam ſpeciem; illum, ſæculi huius, putri ac rapido alueo decurrentis.

3. Vt autem breuiter colligamus, quæ niſi multis explicari non poſſunt, audiamus B. Bernardum de conditionis noſtræ prærogatiuâ diſſerentem; *nonne hæc eſt*, ait, *Religio ſancta, pura & immaculata, in qua homo & viuit puriùs, & rariùs labitur, & ſurgit* *in Euang. Simile eſt regn. cæl. quær. bon. marg.*

gi

git velociùs, ac ne relabatur, incedit cautiùs; irroratur frequentiùs, quieſcit ſecuriùs, confidentiùs moritur, purgatur citiùs, copioſiùs muneratur, & alio loco; *Altiſſima,* inquit, *eſt noſtra profeſſio, cælos excedit & par eſt Angelis, non enim ſolùm omnem vouiſtis ſanctitatem, ſed omnis perfectionem ſanctitatis, omniſque conſummationis finem; aliorum eſt ſeruire Deo, veſtrum adhærere;* Tum de illis agens, *quos quo nomine* inquit, *digniùs appellem; homines cæleſtes, an Angelos terreſtres? degentes in terris, ſed conuerſationem habentes in cælis; nam ſi quo è terra ſubſidio quiſpiam egeat, hoc paternâ eorum qui præſunt curâ, quæ tota cæleſtis eſt, ita vnicuique ſuggeritur, vt nec parentum quos reliquit beneuolentiam, non diuitiarum opportunitatem quas abiecit, non ſuis olim attentam commodis ſollicitudinem requirat, ſed in ſumma quadam & tranquillâ quiete vni Deo vacans, vnúmque cogitans, cæli rore, ac prouidentiâ nutriatur.* O felicitatem beneficij nunquam ſatis nobis agnoſcendi, ob quod exemplo magni Arſenij potiori iure ſolennes

Ad fratres de monte Dei.

quotannis

quotannis dies & gratias Domino debemus, quam ex Pharaonis tyrannide vindicati olim ab eo Hebræi.

Tertia Pars.

De votorum inſtauratione.

1. CVm primi Societatis noſtræ Patres prima Deo vota in Templo Beatiſſimæ Dei Matris, ſacro eius Aſſumptæ die prope Pariſios in monte Martyrum nuncupaſſent, ac eodem tum die, tum loco annis conſequentibus duobus, illa inſtauraſſent, manſit apud eorum poſteros inſtaurationis huius honos, & exemplum; eſtque præterea manifeſta experientia vtilitatum maximarum, & conſtitutionis lege deinceps ſtabilitum; non quò editis iam votis noua obligatio adderetur, ſed quò refricaremus eius memoriam, quâ ſumus iam Domino obſtricti, eámque grati & alacres nouo propoſito, & ratam æternamque vellemus, & mille pectora, mundoſque totidem optaremus, tam bono Patri ac Domino pa- *5. part. conſt. c. 4. §. 6.*

ri facilitate ac ſtudio dicanda, vt fortè retia & nauiculam dederamus. Quæ quidem noſtri holocauſti ſæpiùs iterata, propenſa, & ardens approbatio quin Deo mirificè placeat, is ſolus non videt, qui voluntaria de perpetrato ſcelere gaudia, nouum ſcelus eſſe non animaduertit.

2. At huius inſtaurationis vt diſtinctiùs commoda diſcernamus, eius
4. part. conſt. c. 4. §. 5. triplicem cauſam S. P. N. Ignatius aſſignat; deuotionis incrementum: excitandam qua ſumus Domino obſtricti obligationis memoriam; maiorem ſtudentium in vocationis propoſito confirmationem. Nam vt inſultus vitiorum factis oppoſitis franguntur, ſic religioſæ virtutis faſtidia, quæ ſubinde per annum oriuntur, ſemeſtris hæc innouatio detergit, ac penè radicitus euellit; deprauatæ naturæ iners pondus, & curua in terram inclinatio corporum, in ortus animæ cæleſtes, ac recurſus poſtremos ſurſum erigitur, corroboraturque tam viuaci afflatu, vix vt aliud maius B.
Lib. 6. cap. 12, vit. Xauerius aduersùs dæmonis, carniſque impetus, validiúſque telum ſe noſſe

noſſe diceret. Quare auctor erat mane ac ſub noctem repeteremus vota quotidie, quod Abbas quoque Paphnutius ſemel quot diebus factitabat: Alij ſaltem cùm Chriſtum excipiunt, hanc illi rependunt votorum ſuorum renouationem, & in ſe curioſiùs inquirunt, quàm ſanctè illa ſeruauerint.

3. Sed ex ea quam nobis ſextum quemque in menſem regula præcipit, quò ſit copioſior prouentus, præter ieiunia, aliaſque afflictationes; dierum trium ſeceſſus præmittitur, attẽtâ noſtri cogitatione, precationeque expendendus; tum ab vnoquoque ſemeſtres conſcientiæ rationes ſuperiori explicantur. Denique eædem ſed diligentius exomologeſi luſtrantur; inter quæ nobiſcum diuerſis temporibus, ipſi nos ſedulò comparamus, progreſſuſque noſtri, vel regreſſus ſpatia metimur, quàm auarè, quàm multis Dei muneribus quàm deſidiosè reſpondimus; quæ damna fecimus æternæ noſtræ rei, quæ lucra ſpreuimus; quò tot Sacramenta, examina, inſtinctus, auxilia iuerint, eru- *Reg. 4. Comm.*

 beſcimus

beſcimus ſc. ardemus cõtra nos vindictæ ſtudio, & ad ſarciẽdas in poſterũ tam intolerabiles iacturas flagramus.

4. Ad eos affectus, quos S Ignatium diximus votorum integratione in nobis accendi voluiſſe, refertur actio gratiarum, ſed re magis quàm verbis habenda, vt eam Eccleſia, pro dedicatis Deo Templis quales planè
S. Bern. ſunt Religioſi, obire conſueuit: Eum ergo in modum quo veteri tabulæ ſitu & puluere detritæ, maculoſæ, ſordidæ, morienti, lineamenta reddimus, & colorum vitam, ſic veteraſcentem quotidie animi noſtri formam reſtituimus identidem ſibi, dum
Greg. l. 12. mor. c. 4. virtutis iter ſemper ſtatuimus nos recèns iniſſe, ne pridem initi laſſitudine torpeamus; quod eſt verè Apoſtoli monitum, vt renouemur videlicet ſpiritu mentis noſtræ, ſed hoc lucem
Caſſ. lib. de inſt. c. 36. accipit ex dictis Abbatis Panufij, quem admittebat Nouitium ita publicè adhortantis. *Caue ne quid aliquando eorum reſumas quæ renuncians abieciſti*; Caueamus nos de iis, quæ Deo donauimus, opibus, honore, famâ, curaque corporis, retrò versâ manu,

nu, ne quid perfidè decerpamus, ac in leuiore dumtaxat materiâ, iiſdem quos Deo mactaueramus affectibus, contra Deum iterum implicemur, eô magis culpandi, quòd eam ob tenuitatem potuimus nullo negotio expugnare; nullum enim ſacrilegij crimen reperitur deterius, quàm in Deo ſemel donata voluntate, denuò reſumere poteſtatem. *Ego Dominus*, inquit, *diligens iudicium, & odio habens rapinam in holocauſto.* Fuit hæc ratio parentem primum in deliciarum hortum inducendi, vt operaretur, & cuſtodiret illum; hoc eſt, iuſſibus Dei in opus ſtrenuè redigendis, tam beatâ ſede nunquam excideret; vel ipſe à Deo elaboraretur perfectiùs, & præſentiore, certioreque cuſtodia ſeruaretur; nec enim is horti, aut Adami ſtatus intelligi poteſt labore alio eguiſſe; non diſſimili ſanè conſilio in gremium felix religioſæ paradiſi cœleſtis miſericordia nos inuexit, vt cuſtodiamus iuſtificationes eius, & legem eius requiramus vt perficiamur in dies potenti gratiæ ſapientique manu, & in loci eiuſdem poſſeſ-

S. Bern. ep. 353.

Iſa. 61. 8.

S. Auguſt. l. 8. in Geneſ.

ſione conſeruemur. Quod quanquam nos vnum tantummodò præmium maneret, quis non iure magnum, & maius operâ putaret, ſed maiora nobis promiſſa ſunt, Theſaurus in cœlo, regnum Dei, cœlum ipſum, ac cœli Dominus, quem qui ſpernit, & cui non ſufficit, indignum ſe Deo ac cœlo, dignum inferis facit.

Capvt XIX.

De Religioſa Paupertate.

Reg. breu. interrog. 105. HVIVS quidem æſtimationem S. Baſilius ex prærogatiua loci meritò deducit, qui

Matt. 5. 3. eſt illi à Chriſto attributus, dum nouæ legis beatitudines recenſeret; verùm ſuo illam conſtanti exemplo,

Matth. 8. 20. & 19. 21. haud paulò ſplendidiùs ornauit, cùm à primo ſui non dicam ortus ſed

Cipr. l. 3. ad Quirin. c. 30. Baſil. Hieron. conceptus puncto, ad crucem & tumulum perpetuam eius profeſſionem, ac magiſterium exercuit, ex quo mox naſcens Eccleſia didicit, deuota

Deo

Deo calcandarum opum ad Apoſtolorum pedes pretia fundere, & ſancti religioſorum Ordinum auctores hac veluti anchorâ ſuas familias fundare, muroque hoc cingere vt totam mundanæ ſuperbiæ, perditarumque molem & apparatum voluptatum, niti diuitiis videbant, & ex radice omnium malorum cupiditate aſſurgere, nec obſcurè Chriſtus verbis nos etiam docuit, quod eſſent ædificaturo pecuniæ, ac Duci milites prælium commiſſuro, hoc idem præſtare paupertatem virtutis fabricam in cœlum educturo, & meditanti de diuitiis, eorumque duce victoriam. Nam qui veſtibus grauis cum nudo luctatur, citius ad terram, inquit B. Gregorius, deiicitur, quia habet vnde teneatur; nudus athleta fortius dimicat; tranſmiſſurus fluuium natator exuitur; viator abiectis ſarcinis commodè curſitat; vt ſunt facultates vitiorum inſtrumenta, ſic ablegatio illarum generatrix eſt omnium nutrixque virtutum; ob hoc paupertatem iubemur vt Matrem diligere, & Chriſtianorum primigenium feruorem

S. Ignat. 6. part. conſt. c. 2. §. 1.

Luc. 14. 28.

Auguſt. ep. ad Laetam.

Hom. 32. Hieron Ambroſ.

3. p. conſt. c. 1. §. 25.

Digitized by Google

Chryſoſt. Act. 1. ad eam refert S. Chryſoſtomus, quippe ſuis exuti bonis, cùm in campum prodirent, dæmonem haud ægrè proſternebant.

Prima Pars.

De præmio Religioſæ paupertatis.

1. Beati pauperes ſpiritu, quoniam ipſorum eſt regnum cœlorum, ô ſi hanc iuuenis audiſſet, vel percepiſſet vocem, qui triſti ſpecie iucundiſſimi conſilij perculſus, mœſtus ab lætitiæ præceptore ac fonte diſceſſit! Serm. 4. de Aduent. nec vt pulchrè S. Bernardus notat, de futuro hæc promiſſio tranſigit; iam hæc noſtra eſt margarita, etſi nondum nobis tradita eſt, ſed eſt diuenditis omnibus iam empta.

2. Verùm poſt hoc tantum ac talé regnum reſtat ne quod vltra promittatur? reſtat profectò, & quidem plurimum partim illic breui Deo SS. Aug. Beda Gregor. Thomas. propitio, partim hîc impræſentiarum pauperibus dandum, atque illud inprimis, quod aſſeſſuri ſunt Chriſto iudi

iudicanti, cognitiſque cum eo mortalium cauſis laturi vnâ de iis ſententiam; hos enim ſolùm populi ſenes ac principes, hos terræ Senatores interpretantur vulgò Sancti, cum quibus eſt Dominus ad iudicium deſcenſurus,& in ſupremarum quæſtionum verendo prætorio ſeſſurus,cuius apicem dignitatis ſuſpiciens B. Gregorius. *Nimis honorati ſunt*,inquit,*amici tui Deus*. Deinde quod Chriſto pollicente centies tantum nunc in tempore hoc reponendum eſt iis quantum abiecerunt, & in futuro vita immortalis, non modò vt aït S. Hieronymus ſpiritualium merito præmiorum tantum relicta carnalia vincente,quantum exiguus numerus centenario concedit, ſed re vera Deo, vt rectè Caſſianus,in hac etiam vita bonorum abdicationem centuplo compenſante ſubducamus ratiunculas noſtras,& cenſeamus ſigillatim,quàm anguſto vrbis, pagíve in angulo, quantula pro Chriſto, cum adiunctis ad ea moleſtiis paupertatis amore omiſimus,& intueamur,ſi poſſumus, quàm multa exinde, quantò maiora &

Iſa.3.14. Prou.31, 23. Pſ.138. Marc.10. 30. Luc.18. 30. *l. 3. in Matth.* *Collat. Abbat. Abraham.*

& commodiora, quàm nobiliora & ſublimiora, vbique terrarum & gentium nobis fuerint mancipata, & nullo propè iacturæ metu, nihil certè ſollicitis tranquillè ac fideliter ſeruiant: attendamus à quibus, quàm multis, quàm diligentibus, quàm profuſis, beneuolis, anxiis alamur, colamur, frequentemur, & erubeſcamus pannoſi ac viles homuli prodigam
Ezech. 44. 18. erga nos illius manum, qui dum eius
Pſ. 72. 26. causâ feſtucas abiecimus, ſuperiores
2. Cor. 6. 10. terrenis omnibus cælo æquales fecit; hæreditas noſtra, pars, & poſſeſſio factus eſt; nihilque habentes prorſus, poſſidere omnia voluit, præcipuè verò id aſſiduè verſemus, quod eſt propterea aſſiduè inculcandum, dediſſe
Pſ. 104. 44. nobis regiones gentium, & populorum labores, vt cuſtodiamus iuſtificationes eius, & legem eius requiramus.

3. Hæc porrò tam diues & beata paupertas, eſt quidem in abdicatione rerum ſita, ſed cùm eæ per ſe culpa
S. Thom. 2. 2. q. 186 a. 8. vacent multiſque aurum virtutis materia fuerit, ſita eſt ſpiritus paupertas in mentis præſertim libertate ab earum

rum amore, penitus ſolutæ, ad quam libertatem fortiùs inuadendam, velut in præſtantius aliquid illa bonorum collimat deſertio, & quanquam hæret animus poſſeſſis arctiùs, quàm optatis ac veluti membrum à corpore, ſic ea ægriùs ab ſeſe abſcindit vt quæ quodammodo iam ſibi acceſſerint; non tamen quia diues non fui, inquit, B. Auguſtinus, ideò minus mihi imputabitur. Nam nec Apoſtoli qui priores hoc fecerunt diuites fuerunt, ſed totum mundum dimittit, qui & illud quod habet, & quod optat habere dimittit: multum relinquit qui ſibi nil retinet, & re vera omnia contemnit, qui non ſolùm quantum potuit, ſed etiam quantum voluit habere contemnit; in hac ergo caducarum rerum deſpicientia ſublimi & erectâ, qua vt Chriſtum lucrifaciamus omnia arbitramur vt ſtercora, cardo vertitur paupertatis; hâc fiunt verè pauperes ſpiritu, cœlorum Reges, in terris beati, cùm ſit verè beatus, qui cùm nihil malè velit, habet quodcunque vult; riſerè olim Philoſophi perâ & amiculo conten-

Epiſt. 89. ad Hilar.

Gregor. Aug. ep. ad Paulinum.

Philip. 3. 8.

Aug. 23. de Trin.

ti, ac nullius egentes indigentem multis Alexandrum plurima quærentem & mundi cladibus, ſuoque periculo multorum mundorum deſiderio furentem; quis enim nolit ſanus potiùs ſitire, quàm aqua intercute diſtentus nullis quantumuis immanibus poculis ſatiari.

Baſil. hom. 24.

4. Hinc verò æſtimemus licèt paupertatem quam Deo vouimus, qua fide ac ſtudio exſoluamus; nam ſi à rebus fluxis corpore ſolùm non mente diuidimur, voti certè ſcopum minimè retinemus; ſi cupiditatem quàm in pretioſis iam non valemus occupare, non minore in vilioribus affectu, & tenacitate figimus; ſi auaritiæ vitium in abiectiſſima fouemus materiâ; ſi noſtra rerum exilium & nugarum cura omnem præteritarum facultatum libidinem ſuperat; ſi pro iis quas olim reiecimus profanis, ſacriſque purpuris, poſt euanidam gloriam & rumuſculos inſanimus, quo pacto tandem paupertatis nomen ac fiduciam iactamus? ô rem luctuoſam, & deridiculam? ſuſceptas in cælum contentiones Deo dignas, prouectaſque

Caſſ. Coll. 4 Abb. Daniel, c. 21.

Abb. Marci.

que per diuitiarum & honorum deuictos vortices, & vitata ſaxa, puerilibus crepundiis allidere, & in iis pueriliter hærere, pueriliter geſtire ac flere. Audiamus B. Bernardum talia deplorantem: *miſerabiliores ſumus omnibus hominibus nos Monachi, ſi pro tam exiguis tanta patimur detrimenta; quid enim inſipientiæ, imò quid inſaniæ eſt, vt qui maiora reliquimus, minora cum tanto diſcrimine teneamus, ſi mundum contempſimus vniuerſum, ſi abrenunciauimus affectibus propinquorum, ſi monaſteriorum carceri mancipauimus noſmetipſos; ſi denique non venimus voluntatem noſtram facere, ſed impoſuimus homines ſuper capita noſtra, quid non oporteat fieri, ne fortè contingat hæc omnia nobis in inſipientia noſtra & negligentia deperire?* Ad monāc. S. Bern.

SECVNDA

SECVNDA PARS.

De quibuſdam ad conſequendam paupertatem auxiliis.

3.p. Conſt. c.1 §.7. Reg 4. Summ.

1. SAnctus Ignatius ſtatuit, vt re nulla tanquam propria vtamur, ſed in modum ſtatuæ abſque vllo ſenſu exuamur quibuſvis & ornemur; nam ſi noſtro cum aliquo mœrore detrahuntur, palam eſt non ſine amore ac delectatione adfuiſſe, tametſi minimè ſentiretur, vt amare nos membra vix deprehendimus, niſi cùm nobis amputantur; itaque iubemur identidem, auferendis, mutandis, imminuendis cubiculis, veſtibus, commodis ab iis qui præſunt exerceri, ne ſenſim paupertatis murus huic adnaſcentium cupiditatum priuatarum acri humore exſugatur, & quorum pedibus ſubiecta ſunt omnia, à rebus nihili proteramur. Quàm enim probroſum, vt ad diſcipulum aiebat S. Dorotheus Chriſti ſeruum malle cultro nullius pretij & talibus reculis ſeruire.

Aug. lib. 1. de ſerm. Domini.

3.p. Conſt. cap. 1.

2. Alterum

2. Alterum eſt, vt re nulla vtamur ſuperuacanea. Parabat Elizæo prophetæ Sunamitis cœnaculum paruum, & in eo lectulum, menſam, ſellam, candelabrum; hæc eſt ſupellectilis noſtræ ſumma; procul tabulæ, tapes, vana, curioſa; ne frigidæ quidem niſi petita facultas eſt, nedum vini & dulciarium; non libri aut rei alterius quæ poſſit aliò aſportari. Sed abſunt vnà diſtractæ, implicitæ, inquietæ mentis iactatiunculæ, quæ ſine dubio ſeruandis talibus, cumulandiſque innaſcuntur. Quare in noſtra cubicula moris non eſt externos excipere, ne fortè quempiam ſubeat cubiculi cultu & librorum ſaltem digeſta copia, vrbanitatis apud illos & doctrinæ famam colligere. Multi quoque affectus ſuos etiam ab iis non neceſſariis, ſed tamen leuibus, & quæ ſibi indulta fuerant interdum expediunt, tanquam à minutioribus idolis, eaque ad ſuperiorem non recipienda vnquam ferunt. Et hæc principio, S. Hieronymi Monachi conſuerant in communi omnium conſeſſu excitato igne concremare.

3. Quin

De inform. nouitior. part.2.c.9. 3. Quin nec item poteſt S. Bonauentura approbare, vt retineantur quædam quæ præmij, vel grati animi, pietatis ve titulo aliis donentur, cùm impediant, diſtrahant, priuatas nectant amicitias, multorum originem malorum, & mercimonium ſapiant. Itaque niſi neceſſitas iniuncti muneris aliter ſuadet, domeſticis iuxta & ſæcularibus is acceptior eſt, qui nec ſibi quidquam nec aliis habet.

4. Et huc plurimum facit interdictus nobis ſeræ omnis & clauium vſus, quaſi cunctis palam expoſitis, & rectorum manui obiectis; nam quoad alios ſunt nobis pro ſerâ regulæ, quibus ab ingreſſu alienæ cellæ excluduntur vſuque eorum quæ illic ſunt: *in Regul.* *Ne*, inquit B. Hieronymus *opus ſit clauibus, vt iam ex ipſis monſtretur exteriorum indiciis, quod nihil habetur extrinſecum præter* IESVM.

5. Ad extremum in iis etiam quæ vſui noſtro mos & neceſſitas addicunt, paupertatis inſignia vbique luceant, in victu, in lecto, in veſtibus, quæ corpus tantum defendant à fri-
Reg. 25. Summ. 3. part. Conſt. c.1. & c.2.

gore

gore nec religioſum dedeceant: *habentes alimenta & quibus tegamur his contenti ſimus*, non oblectamenta & quibus honoremur. Fratrem Heliam videns B. Franciſcus veſte ampla, & ad auctoritatem munditiaſque compoſitâ indutum, ſeuero aſpectu, & indignabundus, *Sic*, inquit, *degeneres & ſpurij Religionis filij ornantur*; quæ in nos reprehenſio ne cadat, nonnihil quoque de neceſſariis, paupertatis ſtudio, vbicumque licet decerpamus, & cùm aliquid defuerit, tunc læti & alacres ſatis deſiderio factum gaudeamus, quò experiundæ quam vouimus Deo paupertatis, teneri maximo debemus, qui ſummus eſt illius gradus; placeant inculta, vilia, vetuſta, interpolata, ſimplicia præ cultis & elaboratis, illudque iterum S. Franciſci animo ſeruemus, affectum ad iſta curioſa emortui ſpiritus eſſe indicium, hoc eſt, quod intus veris, & grandibus careat foris ſolatiola captantis; Religioſorum in calceis elegantia Regibus, & Imperatoribus ludibrio fuit, pretioſus pannus portento, ſupplicio & horrori; S. Franciſco eiuſque

Baſil. reg. fuse tract. 1. Timor. 6.8.
Part. 2. lib. 2. c. 19. Chron.
1. part. lib. 2. cap. 19. Chron.
Cæſar. lib. 4. Dialog. c. 13. Vir. Illuſtr. Ciſter.

Franc. Borg. l. 4. c. 2. vit.

eiuſque nominis & ſanctimoniæ ſocio Borgiæ inuiſum atque odioſum, quicquid paupertatem non præferret, ſaperet, oleret.

Pars Tertia.

De officiis Religioſæ Paupertatis.

1. CVm hæc officia, tum fusè ac variè, tum religiosè ab Theologis diſputentur, nec ſint admodum ignota, ſatis pro inſtituto nunc fuerit, ſi eorum radicem indicemus innatam voluntariæ paupertati Sacramento votorum ſtabilitæ. Nullum ergo rei cuiuſquam dominium, ius nullum, ac ne alium quidem vſum hæc paupertas religioſis hominibus relinquit, niſi quem Rectorum conceſſura eſt poteſtas & prouidentia: vnde nec poſſunt habere quidquam, neque poſſidere, non vſurpare, dare, accipere, ſeruare abſque illorum qui præſunt aſſenſu, cùm hæc è rerum dominio pendeant, quo ſe Chriſti causâ ſpoliarunt. Quin eâdem quoque

Can. cum ad monaſt. de ſtat. monach. & 5. & al. in Can.

que vetantur lege, à parentibus, amicis, externis denique Superiorum iniuſſu quidquam admittere; Ex his, quæ Doctores tanquam ex principiis, euoluunt intelligentur diſtinctiùs, ſi ad illud quod ponunt, animum aduertamus inter ius rei vſumque diſcrimen. Qui enim iure rei dominus eſt, poteſt illam ſuo arbitratu habere ac perdere; at cui tantummodo ad vſus aliquos illa permittitur, huic eam non licet in alios vertere, multò minùs abalienare, aut præter mentem Domini retinere. Quis enim ferat ad conuiuium vocatos, ſi quæ ex appoſitis ſuperſunt, vel adſportent ſecum vel familiæ mittant?

2. *Quod ſi aliquis rem ſibi collatam celauerit*, inquit B. Auguſtinus, *furti iudicio condemnetur*; furtum enim eſt ex S. Baſilio priuata poſſeſſio, & Societatis expilatio, rei cuiuſcumque, & vndecumque in priuatum vſum ſeuocatio cùm vt primum cuipiam data eſt exinde cœperit ad communitatem pertinere; imò quamuis eius occultatione nihil quidquam

Reg. 3. cap. 28. Conſt. mon. c. 35.

quidquam Cœnobio decedat, violatur nihilominus graui labe ratio paupertatis, quoties aliquid abſque ſuperioris facultate, aut diſpenſatur; aut capitur. Ex quibus non erit valde operoſum ea diſpicere, quæ paupertatis voto aduerſantur.

3. Non aberrat verò ab hac materia, ſit-ne illorum probanda pietas, qui ab iis quorum confeſſiones excipiunt, amicis aut cognatis admittunt, quæ ipſorum nomine in veros dominos vel egentes diſtribuant, certè improbauit S. Baſilius, improbauit S. Hilarion, improbauit & quidem ardenter S. Xauerius, rati quod olim Apoſtoli, neceſſariam operam verbo Dei, non eſſe menſis addicendam; debere nos huius charitatis, auctores aliis eſſe non miniſtros: miniſteriis ſacris nihil conferre has curas, ſed multum obeſſe, nonnullis per confeſſiones ſacrilegas ſtipem captantibus; aliis æquitate noſtrâ paſſim traducendâ hominum animos auocantibus ab noſtra conſuetudine; cunctis ferè infenſis & iniquis quod minùs quàm vellent acceperint: quare nihil cautius

Epiſt. ad Chil. Hieronym. Lib. 6. cap. 12. & 17. vit. Act. 6. 1.

cautius ad famam, tutius ad conſcientiam, ad pacem promptius quàm hæc diſpenſandi onera declinare, nec ad illa vnquam niſi Rectorum iudicio, ac ſuaſione deſcendere.

4. Claudamus hoc caput ſalutari metu, paucorum è multis recordatione, quos læſa in rebus ad ſpeciem leuibus ſanctitas paupertatis formidabili ſupplicio damnauit; repetamus eius memoriam, quem dolore licet acerbo expiatum & piorum fratrum dulci colloquio ſub mortem priuatum iuſſit præterea S. Gregorius defunctum in ſterquilinium abiici, cum aureis, quos celauerat tribus, religioſâ familiâ Simonis Magi execrationem in eum torquente? *Pecunia tua tecum ſit in perditionem.* Redeat in mentem quem apud S. Hieronymum legimus ex Nitria Monachus, fraudando neceſſariis corpore, ac diu noctuque texendis lineis inſudando, centum nummos infelix paupertatis diſpendio lucratus; ille quem multis S. Auguſtinus lamentabiliter deplorat Ianuarius, ſingulari obedientia ac paupertatis fuco annos duodecim toti

Lib. 4. Dialog. c. 55.

Epiſt. ad Euſtoch. de cuſt. Virg.

Serm. 5. ad fratres in Herem.

toti Cœnobio illudens, cum foris agros contra profeſſionem Voti poſſideret, quorum etiam moriens hæredem teſtamento reliquit filium quem in ſæculo quondam ſuſceperat. Is de quo Cæſarius qui ſolidis quinque iiſque æreis, iuxta cadauer abluendum poſtmodum repertis ſic prohibitus eſt ab deglutiendo diuino viatico cum eodem die gallinam integram comediſſet, vt educi ex miſeri ore neceſſe fuerit, ac vicino ægroto porrigi quorum omnium triſtes interitus, & funeſtum crimen ac materiam criminis aſini ſepulturâ & execrationibus publicis proſecuti ſunt Viri ſancti; *Pecunia tua tecum ſit in perditionem*; pecunia tua, quam clam nobis contra profeſſionem tuam poſſediſti, tecum ſit in æternam perditionem.

Lib. 9. Dialog. c. 64.

De

De Religioſâ caſtitate.

CAPVT XX.

CASTITATIS virtutem; ſancti- 1.Theſſ. 4.3.
ficationem noſtram, ſpiritus Rom.8.9.
partum, dotem ſponſarum Dei, bea- *Caſſian. in l.6. de inſt.*
tarum cognatam mentium, cæleſtis *renunt.c.* 8
agni celebratricem & comitem, adeo
Chriſtus in amoribus habuit, vt Apoc. 14.
niſi de virgine naſci noluerit; pa-
trem hic in terris niſi virginem præ- *Aug.lib.de*
ferre; dilectum & peculiarem diſci- *Sanct.*
pulum amare, niſi prærogatiuâ caſti- *Virg.c.4.*
moniæ inſignem; nullius ab ſe ca- *Anſelm.*
lumniam criminis prohibere, niſi *Hieronym.*
quod integritati aduerſaretur. Non *Aug.vlt. in Ioann.*
ſequar ſeptem illos gradus quos ad *Coll.12. Abb. Cheremon.*
regale huius faſtigium diſponit
Caſſianus; ſed cum certi ſimus illò
nos eniti oportere, quanquam mole
corporis deprimente, vbi Angeli
Dei abſque corpore conſiſtunt, vi-
dendum potiùs quibus id opibus aſ-
ſequamur.

PARS

PARS PRIMA.

De idoneis ad caſtimoniam tuendam auxiliis.

1. PRæter Dei opem, voluntatiſque edomandæ ſub obedientiâ diſciplinam, ſine qua olim negabant Patres poſſe Monachum corpori imperare; facit ad caſtimoniæ tutelam; mireque à ſanctis iniungitur obſeruatio ſenſuum iugis & ſeuera; qui ſe illorum ſeptis claudunt, velut feneſtris ſuis columbæ ſimplices, ac nubium inſtar ab infimis auolant, vix illorum tabe ac deſideriis afflantur; multò minùs prædationi patent, mortis circumquaque aſcenſum in animam explorantis. Quamobrem is quoque omnium inferorum, dolorumque patiens expugnator fœdus cum oculis ſuis pepigerat, ne quem prauæ cogitationi aditum in mentem, vel acceſſum daret; certus, etſi omnia viciſſet, periculosè nihilominus in rapacia venena oculos coniecturum, quæ pellacia ſua intuentes necarent.

Caſſian. lib. 4. de inſtit. renunt. c. 8.

Hieron. 9. 21.

Chryſoſt. de continent. Ioſeph. Iob. 31. 1.

:carent. Tria S.Ephrem multum ait rtuti caſtitati præſertim conducere, mperantiam quidem, atque ſilenum, adſpectus verò continendi cuam tanti eſſe, vt priora duo futura int irrita ſi incuſtoditos vagari ocuos ſiueris. Abbas verò Antiochus dſpectum mulieris cum telo comparat ſuccis intincto mortiferis, & naſcentem ex iis cogitationem cum ſcintilla in ſiccam paleam excuſsâ. Quare S. Hugo, totis quibus Gratianopoli Epiſcopus fuit quinquaginta & ampliùs annis, confeſſiones fœminarum ſæpius audiens, ſæpe negotiorum causá neceſſariò cum iis agens, nullam tamen vnquam ſic intuitus eſt, vt de vultu poſſet agnoſcere.

cap. 17. de varia doctrina.

Homil. 18. in biblioth. Patrum.

2. Alteram ſuggerunt virtutis huius cuſtodiam SS. Thomas Aquinas, Rogerius & ex antiquis Patribus alius, quibus cùm integrum in corpus ſuum imperium liberaliſſimus Dominus conceſſiſſet, ab iis tamen quæ poſſent vel longinquum afflatum nitori ſuo inhalare, minimis etiam & minùs timendis perinde abſtinebant, ac ſi fuiſſent impudico igni valde ob-

Q noxij,

noxij; cùm enim alia vitia ſeriò vincere volenti, leuiſſimi quoque ac remotiſſimi deuitandi ſint eorum acceſſus, multò magis luxuriæ verè atque ex animo infeſtis, quicquid illi vel minimùm fauet pro graui habendum, fugiendum procul, móxque, ſi quà incautis inciderit, præfocandum; ſic nempe; ô dignam ſanctitate prudenti ſententiam! pro virili ſua, leuibus obſiſtentem non patitur miſericors Deus, à fœdioribus expugnari: contra Dæmon vt nocturni fures, anguſto foramine aut rimâ puerulum gracilem immittunt ianuæ valuas ad expilandam Domum illicò reducturum; ſic per breues oculorum coniectus, imagunculas formarum, ſcintillas affectuum, quâ poteſt inſinuat, incendium ſtatim perniciemque allatura: Quod ſi abſtinent ſeſe ab omnibus, quos in agone ludicro populi voluptas & vapor gloriolæ committit, & quidem vt corruptibilem coronam accipiant, quid tandem nos conuenit, vel pati vel agere, vt ex arena iſta in quam producti à Chriſto ſumus, beatam ſempiternamque capiamus?

Chron. min. p. 2. l. 4. c. 44.

1. Corint. 9. 25. *Caſſian. lib. 6. de inſtit. cap. 7.*

3. Hanc

Digitized by Google

3. Hanc autem rerum exilium computationem tanquam maximè noxiarum, nominatim monet S. Bonauentura, in confeſſione lapſuum retinendam ad caſtitatem ſpectantium, nec vnquam tantum verecundiæ concedendum vt perſuadeat nobis nihil ineſſe culpæ, aut nihil admodum graue in eo quod erubeſcimus fateri; hunc enim errorem multis exitio denique fuiſſe, quos apud confeſſarium pudebat probitatis diuturnæ opinione excidere, tegit enim ſe rei probroſæ deformitas exilitatis excuſatione, inſtatque verecundia indignitatem facti degeneris erubeſcens, rationibus intexendis, quibus aut eleuet neceſſitatem aperiendæ rei, quæ neceſſariò tamen aperienda eſt, vel eam ita fateatur, vt partem eius vultus & monſtroſiſſimam & remedij maximè indigam abſcondat; ſuſpectus tibi ſit hic pudor cui ſi ſtatim eſſes vitâ diſceſſurus, morem profectò non gereres quin vel ob hoc ſolum confitere, quia is ſilentium ſuadet; cúmque alia non ægrè explices, quæ mentem non tantopere velli-

noxij; cùm enim alia vitia ſeriò vincere volenti, leuiſſimi quoque ac remotiſſimi deuitandi ſint eorum acceſſus, multò magis luxuriæ verè atque ex animo infeſtis, quicquid illi vel minimùm fauet pro graui habendum, fugiendum procul, móxque, ſi quà incautis inciderit, præfocandum; ſic nempe; ô dignam ſanctitate prudenti ſententiam! pro virili ſua, leuibus obſiſtentem non patitur miſericors Deus, à fœdioribus expugnari: contra Dæmon vt nocturni fures, anguſto foramine aut rimâ puerulum gracilem immittunt ianuæ valuas ad expilandam Domum illicò reducturum; ſic per breues oculorum coniectus, imagunculas formarum, ſcintillas affectuum, quâ poteſt inſinuat, incendium ſtatim perniciemque allatura: Quod ſi abſtinent ſeſe ab omnibus, quos in agone ludicro populi voluptas & vapor gloriolæ committit, & quidem vt corruptibilem coronam accipiant, quid tandem nos conuenit, vel pati vel agere, vt ex arena iſta in quam producti à Chriſto ſumus, beatam ſempiternamque capiamus?

Chron. min. p. 2. l. 4. c. 44.

1. Corint. 9. 25. *Caſſian. lib. 6. de inſtit. cap. 7.*

3. Hanc

3. Hanc autem rerum exilium computationem tanquam maximè noxiarum, nominatim monet S. Bonauentura, in confeſſione lapſuum retinendam ad caſtitatem ſpectantium, nec vnquam tantum verecundiæ concedendum vt perſuadeat nobis nihil ineſſe culpæ, aut nihil admodum graue in eo quod erubeſcimus fateri; hunc enim errorem multis exitio denique fuiſſe, quos apud confeſſarium pudebat probitatis diuturnæ opinione excidere, tegit enim ſe rei probroſæ deformitas exilitatis excuſatione, inſtatque verecundia indignitatem facti degeneris erubeſcens, rationibus intexendis, quibus aut eleuet neceſſitatem aperiendæ rei, quæ neceſſariò tamen aperienda eſt, vel eam ita fateatur, vt partem eius vultus & monſtroſiſſimam & remedij maximè indigam abſcondat; ſuſpectus tibi ſit hic pudor cui ſi ſtatim eſſes vitâ diſceſſurus, morem profectò non gereres quin vel ob hoc ſolum confitere, quia is ſilentium ſuadet; cúmque alia non ægrè explices, quæ mentem non tantopere velli-

cant, cur id quod te acerbè lancinat, omittes? ne, inquis ſcrupulis aſſueſcam; At multò minora ſoliti ſunt confeſſione priùs expiare quàm ſacrò epulo accumbant qui curam animæ ſuæ gerunt, nec tantùm fœdas cogitationes negligentiùs declinatas, aut, quod nimis ſæpè vſu venit, reiectas lentiùs, ſed ſi quid humanum abſque vlla etiam negligentiæ ſuſpicione patiantur, hoc ad reuerentiam ſacræ menſæ, depreſſionem ſui & quietem mentis, nequaquam tacitum prætereunt, nec tamen ſcrupuli damnantur, ſed pietatis nomine laudantur, & bonarum eſt mentium ibi etiam aliquando culpam agnoſcere, vbi culpa non fuit.

Gregor. ep. ad Aug. reſ. 10.

4. Præ omnibus verò, amoris etiam honeſti & valde ſancti cultura frequentior mirum in modum timenda eſt; perrumpit enim cæco ictu & lentâ dulcique rabie omnem iuris ac reuerentiæ ſanctitatiſque vim perturbatio amoris cum habenas mentis inuaſerit. Adamum vxor, licèt adhuc caſtum, & naturæ flammas ignorantem amoris teneritudine euertit;

Perire

Perire Salomon maluit quàm ſuas, quibus deperibat, & diffluebat delicias contriſtare, quis enim credat, vel ſapientiam iſtius Deum in Idolis agnouiſſe, vel ſe Adamum capacem putaſſe Diuinitatis conſequendæ? monent cum Bonauentura plerique omnes hunc amorem initiis niti primum neceſſariæ charitatis, ſanctimoniæ, pietatis; & in iis ſenſim laqueos texere quibus animum nectat, deinde pelliciat, tum ſolicitet, ac trahat; rapter denique volentem, & amentem in affectus inextricabiles natuſque de ſpiritu in lutum cœnumque deſinat: Diuina imprimis, cœleſtia, honeſta; poſt etiam ſæcularia, ſed minimè mala, de hinc leuicula, tum iocoſa, poſtmodum improba, impia, & indigna, dæmone paulatim per malorum gradus ſuæ patientiæ pertinaciam diſpenſante, dum quod petebat euicerit, & viâ quæ videtur homini, recta hominem tandem in mortem perduxerit. Prou. 6. 25.

Digitized by Google

SECVNDA PARS.

De remediis contra impuras Tentationes.

Matt. 26. 4. *Aug. manu. l. c. 32.* *Bern. ſerm. bon. vitæ.* *Bern. ſerm. 4. de Aſſumpt.*

1. PRæter illa quæ pridem multa poſuimus, & præſentiſſima cum de Tentationibus ageretur: præter vigilantiam, & precationem; Chriſti patientis, eiuſque vulnerum adſpectum, & receptum; ſupremarum rerum meditatarum ſæpe, perſpectarúmque recordationem; mirum quãtum valet contra diram ſpurcarum tentationum importunitatem, caſtitatis mater & virginum parens piis obſequiis inuocata, præterquam quod enim non poteſt ipſius charitas, cum pari iuncta potentiâ noſtris deeſſe miſeriis; facit integritatis amor, vt minùs poſſit in hac nobis causâ, tanquam ſua deeſſe; ac Ioannis Baptiſtæ candorem tantum, vt ne vmbra quidem impuræ labeculæ vnquam polluerit, Doctores aliqui ad eam referunt puriſſimæ virginis trimeſtrem, in eius domo commorationem

tionem, cuius B. Ambroſius non ſolam admittit familiaritatis cauſam, ſed profectum etiam tanti Vatis. Teſtatur Pater Magiſter Auila complures quotidiano cultu Conceptus eius illibati, partuſque virginei ex iis fuiſſe inſultantium turpitudinum moleſtiis liberatos; quam in rem conuenit, duplex illa Eccleſiæ ſanctæ precatiuncula: *Poſt partum Virgo inuiolata permanſiſti, Dei Genitrix intercede pro nobis.* Et *Virgo ſingularis inter omnes mitis, nos culpis ſolutos, mites fac & caſtos.* *Lib. 2. in Luc. c. 9.* *c. 14. Audi filia.*

2. Venerari ſanctos, ſacraſque ipſorum reliquias; adire ſæpiùs ad menſam illam, aut viſere, quæ aduersùs hoſtes nobis parata eſt; vinumque illud germinans virgines, vel haurire auido pectore, vel ſaltem propiùs odorari; nos ipſos penitus non diſſimulanter agnoſcere, & quãtarum ſimus ſentina, ortuſque putredinum quàm iure talia patiamur qui in fratrem noſtrum toties ac tantum peccauimus; nobis diffidere; increpare nonnunquam Dæmonem & contumelioſè deridere (ſic illum quondam *Cæſar. l. 8. Dialog. c. 67.* *Pſ. 22. 5.* *Zach. 9. 17.* *Gen. 42. 21.*

Digitized by Google

Greg. l. 3. Dial. c. 4. dam B. Dacius Mediolanenſis Epiſcopus, quam infeſtabat domo irriſum expulit & S. Antonius puſilli Mauri turpiculâ ſpecie, magnos ſe homines ſtrauiſſe iactitantem, nihil *Athan.* in Antonium potuiſſe; ſpretum ab ſe fugauit, ſpondens fore, vt illum in poſterum nihili faceret, quando tam vilis, & imbecillis eſſet. Contemptus denique illius quod ſuggeſtio improba ſuadet, potens eſt ad eam frangendam ac lene præſidium, huic nimirum corpus mentémque ſuffurando & in alia omnia diuertendo.

S. Hieron. ep. ad Furium. Chron. S. Franc. p. 1. l. 7. c. 21. 3. Ac tandem ieiuniorum ac vigiliarum rigor ardentes diaboli ſagittas extinguit, ſaliſque in modum recentibus adſperſi carnibus, integritatem corporis maceratio conſeruãs, petulcum aſellum ſiti, æſtu, fame, oneribus, palea coërcet; ex quo ſtomachum præſtat, quàm ex lapſu animam dolere, ac ſi verè caſtimonia vacillat, ad extrema mala non eſt exquiſitis, & extremis parcendum remediis. Quæ tũc præſertim aſperitas vſus eſt, cùm ex valentiore, ac iuſto melius habito corpore in mentem

deſpumat

deſpumat tentatio, at ipſa ex mente cùm naſcitur indéque corpus alioqui exſangue ac debile laceſſit, vt de ſe narrat S. Hieronymus, palam eſt Dæmonem id bellum mouere, quem vt is ſtudio linguæ ſanctæ, ſic vincet quilibet aſſiduitate occupationis, ob quam (vt ille aiebat Monachus) vix liceat viuere nedum luxuriari, nugáſque animo verſare. Beatos Antonium & Franciſcum longa docuerat experientia quantum odiſſet Dæmon ac fugeret afflictationes proprij corporis, quantum eiuſdem deliciis inhæreret. Fr. Ægidius vt canem fuſte, ne morderet, ita carnem volebat cum impuro dente inſolens minatur edomari; & nihil mirum dixiſſe viſus eſt is Pater qui ſe has vnquam pugnas negabat ſenſiſſe, ſed & vnquam pani, aquæ, ſomno ad ſaturitatem indulſiſſe nam hoc Dæmoniorum genus, niſi precatione, & inediâ nequaquam abigitur.

Hieron. ep. 4. ad Ruſtic.

1. p. l. 1. c. 21. Chron. Vit. S. Anton.

1. p. l. 7. c. 7. Chron.

Prat. ſpir.

Marc. 9. 28.

4. Verùm enimverò nihil æquè efficax ad gratiam ſiue promerendam, ſeu retinendam & recuperandam, quàm ſi omni tempore inuenia-

Q 5 ris

ris coram Deo non altum ſapere, ſed timere. Quod S. Bernardus expertum ſe aſſerit; commendat Scriptura compluribus monitis & exemplis; ratio ipſa dictat; Quis liquorem ingentis pretij fragili cryſtallo per prærupta, & auia tutò portet, niſi caſum metuat vel offenſionem? vidimus ſtellas de cælo cecidiſſe quod ſine magno tremore non recolo, & qui nutriebantur in croceis, ſiliquis porcorum delectatos cúmque ad abyſſos vſque recidiſſent computruiſſe ſuo in ſtercore, ac obſtupuiſſe; nempe multis hinc inde pulſati motibus ruinam primùm vbique verebantur, & ſancto metu, ætatis laſciuiam, vimque ac dolos Dæmonis eludebant; ac eo deinde per ætatem aut tranquillitatem depoſito nulla ſat ipſis, aut ſenectus, aut virtutis diuturnitas fuit. Mittamus Dauidem, Salomonem, Samſonem; quot ipſi columnas ruiſſe nouimus, vidimus & exhorruimus. *Ecce qui ſeruiunt ei non ſunt ſtabiles, & in Angelis ſuis reperit prauitatem; quanto magis hi qui habitant domos luteas, quæ terrenum habent fundamentum; conſumentur*

Aug. c. 29. ſoliloq.

Iob. 4.

Greg. l. 3. mor. c. 27. 28.

conſumentur velut à tineâ, tacitâ vtique ac cæcâ tabe, ac proinde lethali, *de manè vſque ad veſperam ſuccidentur?* timendum vbique, amouenda ſtupa, occaſiones fugiendæ, diſſipandæ quæ menti occurrunt primæ imagines, primæ cogitationes præfocandæ, & quantò te magis ab hiſce liberum, & pacatum putas, quanto in Domino locupletiorem, tantò maior tibi exemplo Sanctorum metuendi eſt cauſa, ne prædo naui opulentæ inuideat; ne ex opibus tumens Deo diſpliceas; ne ignauus ex ſecuro fias; ſi non in timore Domini tenueris te inſtanter, citò ſubuertetur domus tua. Hæc eſt præpotens illa herba, quâ quondam Pater Araozius, & Societatis homines in Aulâ Regis Catholici vti dicebantur, vt eſſent in iis voluptatum coactis ſpectaculis intacti. *Timenti Dominum non occurrent mala, ſed Deus in tentatione illum conſeruabit.*

l. 5. c. 13. vit. S. Ignat.

5. Dum tamen vox timoris auditur, nihil velim anguſtum & elumbe, nihil imbecillum & meticuloſum cogitari; quippe quantum ſibi ad ca-

uendum diffidit, tantum Deo nititur ad audendum; illinc debilitatis metum; hinc potentiæ inſuperabilis cõfidentiam molitur; & in Domini timore fiduciam fortitudinis idcirco inuenit, quod hic metus ſpem habet coniunctam quæ nihil ſinit præterea timere. Accedit quod etſi anxium hominem ſeruiles metus efficiant, ſæuâque oppreſſum temporalium malorum vel æternorum figura contriſtent, ac diuellant, ſed benè moratos filios ita oblectat ac reficit offenſionis paternæ cautio, vt iure ſapiens Timorem Domini extollens gloriam, & gloriationem appellarit, lætitiam & coronam exultationis, pollicens fore, vt cor delectaret, gaudióque ac lætitiis delibutum longitudine vitæ, mortis felicitate cumularet. Demum quicquid bonorum, ac laudis verè humilibus ſacræ paginæ tribuerunt, id omne, ac iiſdem propè verbis timori Dei aſſignarunt, & hanc ipſam eſſe ſapientiam ſtatuerunt, cuius poſſeſſorem cùm vellent aliqua ſimilitudine illuſtrare, hæſiſſe videntur præ inopia condigni Emblematis

Prou. 14. 26.

Eccleſ. 34. 16.

Eccl. 1. 2.

Eccl. 34. 4. Luc. 1. 50. Iudith. 10. 19. Iob. 28. 28.

Eccl. 25. 13.

blematis & exclamaſſe, cui aſſimilabitur? Cùm ſit autem tam inæſtimabilis hæc gemma, legi tamen à quouis, modò non prorſus emoti iudicij, abſque ſumptu, & labore poteſt, ex luto multorum lapſuum in quos multi poſt annos cõplures exercitatiſſimæ virtutis à Dæmone acti ſunt. Cogitetur quàm excelſa Cedrus in Heremo is eſſet, quem Dæmon totos quadraginta annos fruſtra impugnatum, fœdâ tandem nocte expugnauit; Is, cuius longa & innocentiſſima probitas, cùm feris etiam imperaret, proptereaque à Magno Antonio *nauis opulenta, ſed adhuc dubij appulſus* vocaretur repente victus magnos eidem Antonio gemitus expreſſit dicente, *grandem Eccleſiæ columnam ruiſſe*; Ille cuius probroſo ſcelere, quod adornauerant, & perſuaſerant, Dæmones, eluſo, ſuperbiam quoque effuſis cachinnis & exprobratione deriſerunt; *Monache, Monache, qui aſcenſum in cælum admoliebare, quo pacto in Tartarum merſus es?* Plena eſt his malis memoria temporum ſed plenior vita periculis, & hoſtibus, iiſque

Pallad. hiſt. c. 44. & in v. 14 S. Ioan. Ægypt.

iiſque perpetuis, immortalibus, indefeſſis, implacabilibus, quæ cùm vir ſanctus diuina in luce perſpexiſſet, caput ſacco obuoluens, nunquam poſtea niſi ſolam humum adſpicere voluit; ſed à viſentibus & mirantibus multa inquiſitus, hoc vnum reddebat, *Mittite, quæſo me, quia homo ſum.*

De obedientia Religioſa.

CAPVT XXI.

1. Reg. 18. 22. S. Gregor. Aug. 8. in Gen. & de incarn. comm.

VICTIMARVM reginam, legis primæ ſcopum, profeſſionem clientelæ ſummo rerum auctori debitæ, cauſam Diuinitatis corporandæ; virtutum maximam & earum parentem, atque originem, ſacroſanctam obedientiam duobus aliis S. Thomas religioſis præfert votis, tum quod animum Deo ſacrificet, fortunæ vtique corporiſque bonis pretioſiorem, tum quod paupertatem ſuo nutu ſic ſeruet & iubeat, vt apud nonnullos

1. 2. q. 180. art. 8.

Digitized by Google

nullos Ordines vnius obedientiæ appellatione ambæ cenſeantur; ac demùm quòd religioſi per hanc ſuos fines & petant rectiùs,& ſecuriùs aſſequantur,vnde colligit Sanctus Doctor ad Religioſi ſtatus rationem ita pertinere, vt religioſum conſtituat, poſſintque alia,ſi abſit,vota eſſe; religioſa propriè nec dici, nec eſſe valeant. Quare S. Bonauentura perfectionis ſummam in eâ collocat, cùm eſſe quis obediens nequeat niſi virtutum cæterarum obſeruationibus morem præſtet,quas menti obedientia inſerit, inſertaſque cuſtodit; hæc ſacrum Eccleſiæ principatum, hæc vrbes, atque imperia, totumque orbem, hæc naturam omnem aptis ex vno ordinatiſſimis nexibus continet, gubernat,vegetat; tolle hanc,omnia deſolaris, mutuáſque in ruinas impuleris.

Carthuſ.

Spec. diſſip. p. 1. cap. 3.

Gregor.

Luc. 11. 17.

PARS

PARS PRIMA.

De obedientiæ Gradibus.

1. NE infimus quidem tam altæ virtutis, & in ſola executione conſiſtens gradus, ſuâ caret aliqua dignitate, ſi parendi ſollicitudine, ac celeritate non careat. Quam quidem ſollicitudinem S. Baſilius ei parem expoſcit, qua neceſſariis ad vitam cõſulimus, vel ad famem leuandam properamus. Celeritatem verò B. Bernardus hanc nobis deſcribit, quæ moras neſciat, fugiat craſtinum, tarditatem ignoret, præcipientem præripiat, quæ paret oculos viſui, aures auditui, linguam voci, manus operi, itineri pedes, totamque ſe colligit, vt imperantis colligat voluntatem. S. Ignatius à veteribus Monachis, & S. Benedicto edoctus cœptum ac pendentem caracterem vult ad æris pulſum velut ad ſignum magni Regis intercipi, & ad Superioris tanquam Christi vocem citatâ reuerentia accurri, quod cùm eſſet ab aliquibus piè factum,

Caſſ. l. 4. de inſtit. renunt. c. 42

In reg. 1. 5

S. Cathar. Sen. in Dialog. c. 165.

factum, alius rediens caracterem auro abſolutum, alius mirabili ſpecie adoleſcentem Chriſtum quem infantem reliquerat, inuenerunt, Deo velocem obedientiam miraculis etiam approbante. Sed heu, ſolenne eſt Dæmoni, quæ ſacrificamus Deo; cum vindicare ſibi nequeat, prælibare noſtraque obſequia ore impuro deflorare, at væ miſeris nobis, ſi hoc ei imbelles aſſentimur, & cum ſurgendum eſt, orandum, eundum, morulas nectimus, quas de Domini ſacro præcerpenti diabolo permittamus. Quin imò vlterius procedendum & comperta vtcumque Superioris mens, etſi nullo præcepto edicta in opus ſtatim conferenda; hoc Albertus Magnus, Caſſianus, Bernardus prædicant; hoc Parens noſter S. Ignatius iniungit cùm eorum qui nobis præfecti ſunt, non modò imperio, ſed etiam nutibus iubet nos eſſe morigeros. Dubio procul miniſter intelligens, & de ſignorum coniectura Regis aſſequi voluntatem & peragere ſolitus, multò eſt ipſi acceptior, quàm vbique præcepturi vocem, aut edictiones opperiens,

Reg. 33. Sum. l. 5. vii. c. 4.

6. 8.

opperiens; qui cum Iſaia quem mittat quærenti occurrit vltrò. Et *ecce*, inquit, *ego mitte me*; cum Abrahamo iuſſus filium offerre auroram non expectat, ſed de nocte conſurgens in montem feſtinat.

Gen. 22. 2

2. Superior gradus obedientiæ voluntatis noſtræ ſepulchrum eſt, eamque illorum qui nobis Chriſti vice præſunt arbitrio fingit, quantumuis ei moleſta imponant & ab noſtro ingenio diuerſa; nam in iis quæ placent, vix ſenſus, commoditas, & voti compos ſententia locum obedientiæ relinquunt. Ex quo pulchrè B. Gregorius, debere obedientiam in aduerſis ex ſuo aliquid habere, & in proſperis ex ſuo aliquid omnino non habere, cuius probè gnari cæleſtis prudentiæ, cùm obire placentia, mollia, & honorifica iubentur; anguntur ſcilicet animo, ſubuerentur, excuſant ſuſpicionem propriæ voluntatis, & honoris, ne illa faciant; cùm autem ad dura, vilia, perſperſa ſentibus, & ærumnis vocantur, tunc his capeſſendis peculiarem conferunt de ſuo impetum, & ardorem quod in iis nihil

3. *Moral.* c. 13.

Digitized by Google

hil poſſint præter Dei ſui voluntatem ſpectare; at qui ambages etiam tacitas, & filo probabili contextas ineunt, vt quod maximè cupiunt, id iniungi ſibi obtineant, errant planè ac ſeipſos fallunt, nec ſe in eo ſuperioribus, ſed hos ſibi præſtant obſequentes. Grande malum propria voluntas, quâ fit vt bona noſtra nobis bona non ſint; & ieiunia noſtra, labores animi, corporis afflictationes, ne aſpectu quidem diuina clementia dignetur, & tamen, proh dolor? plures illius cæci, quàm noui imitatores Apoſtoli habemus; plures, quibus ferè dicendum ſit. *Quid tibi vis faciam*, quàm qui dicant, *Domine quid me vis facere*. S. Bernar. Iſa. 3.58. Marc. 10. Luc. 18.

3. Sed enim aliquid etiamnum holocauſto deeſt, quamdiu ius ſuum mens adhuc retinet, nec ſe in eamdem cum manu atque voluntate flammam obedientiæ proiicit; aſſurgens inde fragrantia Deum & beatos perfectè non recreat, niſi pariter iudicio conſtet ad ſuperioris iudicium mactato; imò potiùs triſtis languor, inconſtantia in parendo; accuſatio

Rectorum

Rectorum ex tenacitate iudicij naſcatur neceſſe eſt, nemine quod damnat ac reprobat, diu aut alacriter peragente. Quamobrem B. Climacus, quæ contra obedientiam rebellis cogitatio ſomniat, non minori vult horrore reiici, quàm nefariè impia & fidei Chriſti contraria. Huc verò pertinet cæca illa perſpicaciſſimæ acies obedientiæ ſancti Patris noſtri omniumque ſuffragio laudata, quæcumque regentium imperia modò apertam culpam non præferant, pro ſanctis excipiens, exequens pro diuinis, idque hac ſolùm ratione, quod Dei vice imperantur, nihil inquiritans, inueſtigans nihil, nihil aut curans, aut iudicans ſed æqui bonique omnia conſulens, & inter diſcretionis tutæ diuitias, fallacem deponens, præcipitemque prudentiam; carò ſtetit primis parentibus, in Dei præceptum inquiſiſſe, inſtar cadaueris quod curatur; bacilli, quod à ſene geſtatur, inſtrumenti quod ab artifice adhibetur, & hoc otioſo vel abſente quieſcit ſimiliter nec quidquam aggreditur. Narrabat è Societate noſtra

Climacus.

S. Ignat.

S. Baſilius

Pater

Pater Araozius qui diu rexerat, per annos quindecim nunquam animum ſubiiſſe vllam rerum quæ imperabantur edendam eſſe rationem, tanta erat obedientium bonitas & candor, vt præter ſuperioris voluntatem in iis nihil attenderent; & profitebatur S. Ignatius Societatis eiuſdem Generalis, ſe, ſi à Pontifice mandaretur, non dubitaturum inermi ac nudâ naui ad Tyberis oſtia longinquo ſe mari committere.

4. Quæ noſtri iudicij ſub gubernantium ſenſu ſubiectio, multò eſt in negotiis animæ, quàm in aliis quibuſuis retinenda, niſi ſumus pauenda eorum naufragia obliti, qui ſuo regi conſilio quàm Prælatorum maluerunt; alios inſana æmulatio Abrahahami, in parricidium; alios in præcipitia ſtultus Martyrij ambitus tantumnon induxit; Heronem verò magnum illum & totâ heremo celebrem partæ ſanctitatis tam demens probatio, quàm falſa opinio, in altiſſimum puteum, in obſtinatæ ſuperbiæ ſtuporem, in mortem eamque miſerrimam, igneſque impulit ſempiternos;

Caſſ. Coll. 2. Abb. Moyſ. cap. 11. Climacus gr. 4.

piternos; non eget alio in ſui exitium tentatore qui ſuis arbitriis ſe credit; ac ne cui pietas mentiatur, vnum atque idem inobedientiæ genus eſt, laboris aut otij ſtudio ſenioris violare mandatum. Igitur S. Baſilius, quicquid fit prælato neſciente, furtiuum, & ſacrilegum id ait, nec vtilitatem, ſed exitium agenti daturum, etſi probum ipſi videatur. Et notat alibi perfectæ decus obedientiæ, non tam in vitandis quæ vetantur peccatis, quàm in omittendis bonis, quæ ab Superiore non probantur eminere, cùm illic peccati odio, ſeclusâ quoque obedientiâ moneamur; hic vno parendi ardore, operis ſancti, ſed iniuſſi deſideria ſubigamus, eiuſque nihilominus meritum apud Deum magno compendio cum obedientiæ merito aſſequamur. Ex aduerſo is magis pertinaciam prodit ſuam, qui piis in rebus (quæ ferè ſenſui repugnant) maiorum neglectâ, ſuam vnam videtur amare ſententiam, quàm in aliis quæ ſenſui placent, habentque præter illam plurima quæ amentur. Hanc veræ obruſam ſanctitatis antiqui

Caſſ. Coll. 4. c. 20.

Serm. de inſt. monac.

S. Brig. 4. remed. cap. 26.

qui Patres non dubitanter habuerunt cum Stylitam illum Simeonem vitæ nouitate ſermones de ſe mirabiles præbentem, ad primos tamen Patrum nutus deſcenſum mox è columnâ parantem hac voce confirmarunt; Bono animo ſis & ſtrenuè rem gere; ſtatio tua à Deo eſt. Quo item ſolerter pœnitentes ſui præter morem vexandi cupidos confeſſarij explorant, vt ſciant quo ſpiritu agantur; nam etſi ſanctum eſt minuſque fraudi obnoxium magnis illis ad ardua & inimica corpori ſtudiis æſtuare; ſed maius, ſed Deo gratius, ſed abſque vlla comparatione ſecurius, ductoris ſtare iudicio, & poſt animi ſinus planè illi ac penitus retectos in cenſura ipſius & approbatione quieſcere. *Ego & aſinus vnum ſumus* (inquit apud ſe Neſtero Abbas quo primum die Cœnobium iniit) *quicquid imponitur hoc portat, idque ſine mora.* Rogauit Deum B. Gertrudis Abbatiſſæ ſuæ alioqui ſanctæ acceſſus tetricos, & moroſam naturam emendaret, neque impetrauit, ne illa deprimendi ſui perenni, ſtimulo; eius Moniales

Euagrius & Theodoret.

niales purgatioris obedientiæ frequenti materia carerent. Quæ fuit ratio priſcis illis heremi cultoribus magiſtros quærendi ſtomachoſos, obiurgatores, inſuaues, omnia carpentes. Cùm ab aſperrimo ſui domitore, ab amatore paupertatis eximio, à cultore inſigni fraternæ charitatis inuiſeretur Pambo Abbas, quartum iis prætulit obedientiâ inſignem, vt qui voluntatem quam retinuerant cæteri alieno arbitrio mancipaſſet addiditque in hoc propoſito qui vitam clauſiſſent poſſe non falſo Martyres vocari.

S. Athan. in vita Anton.

Secvnda Pars.

De multis ad obſeruandam perfectè obedientiam auxiliis.

1. TRia ſuppeditauit Apoſtolus, iubens obtemperari Præpoſitis: Vnum eſt, quòd *ipſi peruigilent, quaſi rationem pro animabus noſtris reddituri*. Eſto enim errent imperando, nos imperata faciendo, non tantùm non erramus, ſed certò certius Domino

Domino placemus; viderint ſanè quid iubeant, noſtrum eſt ſolùm iuſſa capeſſere, in quibus euidens Dei offenſa non apparet. O libertatem ſummam, quâ obtentâ peccare non poſſumus ô tutam, & liberam per infeſta caſibus & ſcopulis maria dormientium nauigationem! ô vitæ noſtræ omnis, miniſteriorum, operum, momentorum in æterno foro, firma expeditaque defenſio: quin & ſomnum & laborem, & cib. ac veſtis, potuſq; commeatum, menſuram, tempus, conditionem, aliaque ad corporis curam, in Rectorum cura quieti depònimus, in cuius diſpenſatione Dei nutum ſequimur, & amamus; quot iſta ſcrupulos, quot motus ancipites, & ambigua decreta nobis eſſent in ſæculo paritura, quæ ſub patrocinio obedientiæ habemus ſoluta & minimè dubia? Quare Abbas Ioannes, cùm annis triginta in Cœnobio exactis, viginti alteros ſolitarius exegiſſet, ita Deo immerſus, vt iam officia ſenſuum vix obiret, neque ſub veſperam meminiſſet, illo ne an pridie corpuſculum refeciſſet; vltrò tamen Hieron. reg mon. c. 6. climac.

R ad

ad Cœnobium rediit, ne ſollicitus de craſtino eſſet. Habemus ad Diuina oracula Moſes noſtros, ad reſponſa videntes, & *beati ſumus ô Iſrael, quia manifeſta ſunt nobis quæ Deo placent.*

Baruch. 4.6.

2. Alterum eſt noſtræ incitamẽtum obedientiæ, ne Præpoſiti gementes, ſed cum gaudio nos regant; heu quanto dolore, quàm ægrè ac lentè, aut luxatum, aut captum noxio humore brachium mouetur? omnia timebis & circumſpicies, ne allidant, ne premãt, ne vellicent; omnia omittes, reſpues, excuſabis; impranſus atq; incœnatus potiùs quàm vt id brachium ori admoueas, ita eſt exquiſiti ſenſus, acutíque is dolor, quem de ſe capiti brachium faceſſit; ſic prorſus qui nobis præfecti ſunt vruntur ac gemunt, & conuelli ſibi viſcera ſentiunt priuſque factu neceſſaria omittunt quàm minùs religioſam excuſationem aut ipſi referant, aut vim nobis ac moleſtiam inferant, cùm nos ad parendum experiuntur indociles, cùm tergiuerſari ad ſingula, ſubducere humeros, ægrotare, neſcire, non poſſe niſi ea tantùm quæ arrident, &

ad

ad noſtram ſaliuam faciunt; hæc verò non tantùm prona nobis eſſe, ſed vltrò depoſci & arripi, magna omnino vis, & imperioſum iugum voluntatis, quæ dat vt poſſimus quod volumus, quod autem nolle incipimus, mox etiam idem non poſſimus. Quoties regendi tædio præter ſpem, opinionémque feſſi vociferantur hos nacti filios; *ſi ſic mihi futurum erat, quid neceſſe fuit concipere*, & tales mihi filios committi: Profectò vt valet ad iubendum rectè, obediendi peritia, ita vſus gubernationis plurimum confert ad obediendum, & præſtandum ſe talem ſuperioribus quales quiſque dum iubet, ſibi ſubiectos expeteret; imò nihil opus multis præfuiſſe; ſat eſt vel ſocij vnius vti operâ debuiſſe, quantò enim ſæpe libentius, quæ illi mandanda fuerant, & ipſe peregiſti, & pudore ac metu repulſæ, vel cunctationis quæ per te facere nequibas, infecta reliquiſti?

3. Sequitur ex iſto tertius obediẽtiæ ſtimulus, nobis enim, vt ait S. Paulus, nobis, inquam, minimè expedit, Præpoſitos noſtros ſub regendi *Chryſoſt. de Zachæo.*

onere fatiſcere; mœrebimus enim etiam nos ipſi viuemuſque vitam in eorum ductu peracerbam, defluẽtibus ex capite vnguenti vice, quod alioqui nos manebat in oram veſtimenti (nos ipſos videlicet) funeſtis cineribus; prætermittemur tanquam ad omnia refractarij & intractabiles, vt defecta ſenſu & motu membra, vt inepta operi, manumque lædentia inſtrumenta; indulgebitur noſtris morbis, & pro ſanctiſſimâ, ſuauiſſimáque Dei voluntate, noſtra, fellis & veneni ferax nobis concedetur; quo ex vtroque neceſſe fuerit, nec diuinis refectum voluptatibus animum, nec humanis contentum, nec tutum propriis & tranquillum magnâ triſtitiâ ſeipſum excedere.

4. Verùm aliud non tam argumentum quàm princeps ac ſumma ratio, & velut anima obedientiæ ab eodem Apoſtolo variis locis commendatur, vult enim ſeruos non quocumque modo ſed cum timore ac tremore, ſed in ſimplicitate cordis perinde Dominis vt Chriſto eſſe morigeros, nec ad oculum ſeruire, vt

Eph. 6.

hinc

hinc hominibus placeant, ſed vt ſeruos Chriſti, Dei iuſſu ita hominibus ſubeſſe ac ſi Deo ipſi ſua obſequia nauarent. Iubet Coloſſenſes quodcunque faciunt, non manuum tenus, ſed ſtudioſè, atque ex animo præſtare, nempe haud quaquam hominibus, ſed Domino Deo famulantes, cui ſe norunt magnis præmiis auctoratos. Hoc ipſe Chriſtus apertè iniunxit dum ſe in ſuis audiri ac recipi voluit, etiam fortaſſis & diſcoloribus & tanto indignis præceptore, ſed in cathedra eius thronóque ſedentibus; hoc ab Chriſti ore auidè arreptum expreſſum, inculcatum, modiſque omnibus commendatum ſancti omnes ſuis diſcipulis, familiiſque tranſmiſerunt Baſilius, Auguſtinus, Benedictus, Bernardus, Ignatius; fruſtra oracula & miracula optemus; ne præſens quidem hunc honorem docendi homines hominibus eripit: ſed cum Saulo loquens, inſtituendum Ananiæ mutandumque in Paulum; Simoni Cornelium deſtinat per eos dicturus, quæ per ſe coram potuiſſet, & decoraturus homines legatione ſua, ſocietate re-

Coloſſ. 3 23.

Baſilius. Conſt c. 23

In Conſt. & regulis.

gendorum, ſeruandorumque morta-lium, charitatis mutuæ confirmatione. Quæ Dei per homines iubentis conſtans agnitio vnde abeſt, inde abeſt prorſus religioſa obedientia, abeſt recti veríque fiducia, ſpes abeſt ſucceſſus, & mercedis quies, parendi alacritas, omnes tantæ virtutis abſunt diuitiæ, cùm abſit eius ratio ac natura, quæ iubentis Dei veneratione continetur. Ergo ab homine, quicunque ſit tandem nihil humani putabis alienum non errorem, ignorationem, fraudem, perturbationes, obliqua conſilia, priuatum ſaporem, & alia, quæ vt dubium reddent præcepti cuiuſuis negotium, ita obedientiam, aut nullam, aut inanem: At ſi Deum in homine ſpectaris, certus Deum hoc velle, hoc iubere, hoc amare quod homo præcipit; ſtatim mens obuerſa iudicia, & ſuperbam cenſuram manſueta demittit; ſubſidit voluntas ad quiduis parata, manus læta opus aggreditur; fructû religioſæ obedientiæ latura, quam poſt annos religioſæ vitæ multos, idcirco multi non poſſident quod vt aliæ virtutes,

Digitized by Google

virtutes, ſic iſta niſi actibus veris non paretur, quos ij aut nunquam, aut edunt rariſſimos, ex Superiorum prudentia, gratia, comitate, beneuolentiâ, timore non ex Dei per eos loquentis imperio, voceque ſuſpenſi. Quare hoc meritò B. Franciſcus datum ſibi à Deo gratus recolebat, quod vnius horæ Nouitio, tam eſſet libenter, quàm antiquiſſimo fratrum, prudentiſſimoque obtemperaturus; Nam (quod idem monebat) hôc magis obedientia excellit, quò eſt vilior qui præeſt, cùm tunc Dei ſolius in eo iubentis ratio habeatur, non doctrinæ, auctoritatis, vel vrbanitatis quæ ſæpe ab rectâ obedientia deflectunt; hinc præterea robur ad quæcumque mandantur, tametſi ardua & ſpinis obſita; hinc & cõfidentia de euentu, ſi minus aptato, ſaltem bono; & continua diuinæ executio voluntatis; & ad omittendum quidlibet ſine diſcrimine, vel agendum comparatio animi; & quod neceſſe eſt pax incredibilis, & admiranda tranquillitas Deo vbique in omnibus ſeruientis, fidentis, perplacentis: hoc Chriſtus diſcipulos via-

1. p l. 1. cap. 28. Chron.

Digitized by Google

tico inſtruxit. *Ecce ego mitto vos.* Quod ad nos etiam quocumque mittamur, vel agamur ſpectat, ne minus ſimus de illius ope quàm iuſſu ſecuri. At è contrario. *Qui vos ſpernit*, inquit, *me ſpernit*, nec tam noſtros ductores, quàm Deum, cuius vicem tenent, noſtris querimoniis petimus. Quod vſque adeo deteſtatur, vt ſuperbos commurmuratores quàm cultores inſanos aureæ pecudis mulctarit acerbiùs: cœlo, inferis, terrà Moſis iniuriam grauiùs, quàm Deo ſuam vindicante. Quanquam ſunt hæc affinia ſcelera, *nam quaſi peccatum ariolandi eſt repugnare, & quaſi ſcelus idololatriæ nolle acquieſcere*, cum vtrobique debitus Deo honos iudicio proprio, arbitrioque deferatur: non ſunt Superiorum facta oris gladio ferienda etſi reprehendenda videantur, ac ſi chlamydis eorum quandoquè ora perſtringatur, & leue quidpiam ex linguæ lubrico in eos effundatur, mox cum Dauide pectus verberandum, ſed nequaquam pro leui ducendum, quod eorum in audiente fiduciam, vel auctoritatem imminuet.

Exod. 16. 9.

S. Thom. 2. 2. q. 93. art. 2.

Bernard. de ord. vitæ & S. Greg. 35. mor. c. 12.

Lib. 12. c. 31.

TERTIA

PARS TERTIA.

De incommodis quæ circa imperata occurrunt Superiori exponendis.

1. CVm lateant multa & incidant, quæ non poſſunt Superiores diuinare, aut, ſi præuiderint meminiſſe, foret erroris non ferendi, ſi quis ea nollet, cùm obſtare videntur iuſſis, iubenti exponere, vt de cætero ſtatuat, an nihilominus ſit parendum quicquid enim aut repulſæ fuga, aut auerſio à Superiore, quicquid imprudens patiendi feruor, vel effugiorum vitanda opinio pro ſe effutiant, hoc tam neceſſariò & clarè liquet, vt per ſe pateat, ſed quia valde procliue eſt, vt iudicium imperantis, dum verbis exquirimus, noſtro reipſa ſtudeamus, & comminiſcamur nobis obſtacula, vel auidius captemus, quæ voluntatis noſtræ deſiderio prætexamus, vtrumque malum oportebit cautione duplici occupare. Prior eſt, nihil ante Superiori obiicere, quàm Deum

orando conſuluerimus; haud quidem vt deliberemus de ſanctitate rei demandatæ; ſed an ſit futurum ex eius gloria vt eius impedimenta exponamus: quod ſi verè ex Dei, non ex noſtri amore proponendi cauſa peti cenſebitur, erit quidem tunc enarranda, ſed ita ſuſpenſo hinc inde animo, vt quod eſt Superior decreturus, iam inde pro recto, Deóque gratiſſimo, quaſi decreuiſſet approbemus. Altera: vt rei expoſitæ curam omnem, facultatemque plenam Superiori relinquamus, & repulſam, aut indulgentiam æquali vultu, párique lætitia complectamur.

2. At ſi priuſquam ſuper iniunctâ re ſcitatum adeas, eſſe optimam factu iam conſtitueris, iudicatamque ad illum detuleris, non erit mirum, ſi eius reniſu ſuſdeque iacteris. Meminiſti quo pacto nodos ancipites de Philoſophia Tyro quondam Magiſtris deferebas? nempe dubius ſemper, & in vtrumuis perinde affectus quod is annuiſſet, ſic planè decet quæ obturbant contra quam obedientia edixit, ancipiti mente, & ad pollicem

Rectoris

Rectoris vtrimque ſimiliter ductili, te interrogare, ſi cupis non tibi ſed Deo obſequi, & vtcumque res eat, tranquillitatem retinere.

3. Quæ ex Dei nutu docilitas flexilis prodenda eſt verbis atque ore, nec ſolùm pectore fouenda, quo maior præpoſitis negandi libertas concedendíve præbeatur; nam vt foret labes religioſæ diſciplinæ admodum lugenda, ſi querelarum metu, obtrectationum, & amarulenti ſuorum erga ſe frigoris, nihil iis negare ſuſtinerent, non tantùm laxius ſed noxio propius; ita ferè, ſi ad alterutrum inclinationem in eorum ſermone talem aduerterent, vt indulgendum magis imbecillitati, quàm æquitati iudicarent; cuius rei duo habemus eximia in ſacris paginis exempla; vnum in illa Chriſti Matris petitione tam valida, quàm breui atque verecundâ. *Fili vinum non habent*; Alterum, in duarum ſororum de fratris morbo monentium *Domine, ecce quem amas infirmatur*, quo vtroque dum nihil petitur quod peti maximum in Dei honorem poterat,

impetratur. O ſancta tempora vbi eſtis? quibus bene multa exercendæ tantùm obedientiæ non neceſſitatis vllius gratiâ negabantur petentibus, auerſis multa contra genium iubebantur.

3. Part. Conſt. 4. Hanc nominatim in corporis cura S. Parens N. Ignatius æquabilitatem obedientiæ tum diſtinctè, tum maximè inculcat nolens iniquiore vtentes cœlo eius mutationem poſtulare, ſed valetudinis grauitatem, ad Societatis munera parum aptam ſolùm indicare, ac reponere omnino in charitate regentium, num præſtet debilem & nullius frugis ſub eodem cœlo, quàm in ſalubriori aurâ fructuoſum & benè valentem degere. Quoſcumque verò ad Societatem accedentes eiuſmodi flagitat, vt ne minimum quidem eorum qui Domi ſunt velint prærogatiua vlla anteire, ſed omnem ſui curam Superiori relinquere. Nimirum hic vnus quocunque colore illudatur, ſufficit aditus ad laxandam ordinum diſciplinam; multis idem ſibi aut licere, aut deberi exiſtimantibus, quod vſurpari

Cap. 7. Exam.

S. Bonău. 9. circa reg. 19. & de inform. nouit. c. 9.

pari vident ab aliis, quorum teſtes virtutis,& annorum ſudatíque laboris non fuerunt, cunctis verò ſibi de antiquiorum exemplo velut æquâ lege abſque ſcrupulo adblandientibus; vel,ſi hoc improbent,inſtituti ac Superiorum diſſimulationem damnantibus. Quare S. Bernardus hoſce captatores ſingularium commodorum vocat pacis & concordiæ inimicos,& Galeni non Chriſti diſcipulos; *Quale eſt hoc*, inquit, *vt in totis fluuiis,agris,hortis, cellariis reperiri vix poſſit quod comedas? puta quæſo Monachum te eſſe,non medicum,nec de naturæ temperie, ſed de profeſſione iudicandum; parce,quæſo te,primum quieti tuæ; parce deinde miniſtrantium labori; parce & Domus grauamini; parce conſcientiæ ſin minus tuæ,ſaltem alienæ. Illud verò Apoſtoli ad Timotheum ſuum de modico ob ſtomachum vino quî potes proferre? dat hoc Apoſtolus conſilium alteri, ſibi non accipit; dat neque poſcenti, neque expectanti; dat Epiſcopo inſigni, & tunc temporis pro decem millibus computando; alterum da mihi Timotheum, & auro illum, &* Serm. 30. in Cant.

balſamo

balſamo paſco; At, ſi de vino, adeo placet Apoſtolus, modicum certè quod ille addidit, ne excedas. Præter hæc notandum inter ſumma & Deo atque hominibus maximè accepta religioſæ vitæ obſequia, & ſacrificia, hanc iure cenſeri, totius victus communem cum omnibus; re nulla diuerſam rationem; cúmque ſis non ita tui amans, quin te identidem aſperitate aliqua caſtiges; nullam poſſe te Deo gratiorem, ſolidiorem ad integritatem religioſæ familiæ, probatiorem moderatoribus; ab inani faſtu occultiorem credas vſurpare, quàm ſi amputatis priuati guſtus commoditatibus, ſiue, vt appellas, neceſſitatibus, vbique te communi accommodes & illas ipſas, quibus fortaſſis afficeris ſpontaneas corporis afflictationes ex victus communis facultate metiri oportere, & abſtinere ſe ab iis potiùs, quàm vt ei impedimento ſint, & priuatis immunitatibus ad eas ferendas indigeas.

5. Sed ad hæc omnia cùm murus aheneus opponatur, conſeruandæ vitæ ac valetudinis obligatio, naturæ

turæ præſcripto cuiuis ingenita; ſciẽdum imprimis aliud eſſe vitam peſſumdare, aliud eandem non perinde vt poſſes tueri, ac fouere; illud nulla ex cauſa licet, cùm vitæ noſtræ non ſimus arbitri; ad hoc vero nec cibos, nec cælum, nec medicos, neque remedia peregrinitate rara; ſumptu exquiſita, ſalubritate lectiſſima, difficultate permoleſta adhibere neceſſariò cogimur; cùm ieiuniorum, auſteritatiſque in Eccleſia vſus, habitationum ſub quolibet cælo, ſine ſuſpicione culpæ permiſſarum, nauigationum in mercimoniis; periculorum in itineribus & bellis, aliaque ſexcenta contrarium doceant; imò viri patientia inſignes, abſit modo diſcrimen vltimum; libenter dolores ſtomachi, ac laterum perferant, quos poſſent medicina extinguere; plurimi verò ad piè iuuandos qui lue peſtiferâ icti ſunt, in certam mortem vltrò ſe induunt, nec proiectæ vitæ, aut valetudinis ideò accuſantur, ſed ſunt in virtutis admiratione. Addunt Theologi non teneri homines vitam producere cauteriis, & potionibus medicis, quam

quam ſciunt alioqui toto decennio decurtandam; abſoluunt illos quin etiam à graui culpa, qui capacibus poculis æſtiuâ niue vina frangunt, & menſis lautioribus ſaginantur, quibus non ignorant de vita ſibi & valetudine non parum decedere. Quod ergo ad lucellum vile, ad familiæ ſuſtentationem, ad parſimoniam ſumptuum, ad dolorem vitandum ſectionis, ad gulam denique licere vſus & ratio, & doctorum auctoritas perſuadet, hoc ad exemplum diſciplinæ ad integritatem inſtituti, ad regularum cuſtodiam, ad communitatis charitatiſque ſtudium non licebit? Age, ſis tranquillo animo, nunquam tibi tam malè futurum eſt, quoad hæc ſolatiola corporis, quin tibi liceat durius aliquid, & deterius pati & quærere.

Plat. lib. 3. c. 16. Quod tamen, quàm liquidis gaudiis diuina ſuauitas condiat, monſtrant ſanè illa Rabaudi Principis in monaſterio communis menſæ faſtidia ab Sanctis Petro & Honorato cæleſti diluta promulſide, qua fruentibus Monachis tamdiu caruerat quamdiu eorum aſpernatus cibos, vtendum ſibi

ſingularibus

ſingularibus putarat, licèt ab Abbate Porcario conceſſis: monſtrat is quoque à Beatiſſima Virgine, Ciſtercienſi Monacho ſeipſum nimium curanti, negatus primùm ſed datus poſtea emendato liquor, quo curſationum priſtinarum concepto odio, inire cœpit iiſdem quibus reliqui fratres ſanctis operibus affici: Monſtrat hordeaceus ille ac plumbeus panis Clareuallenſis Cœnobij de Chriſti latere tam ſapidus & dulcis, vt ab ſuperbi olim & delicati ſtomachi clerico ſummâ voluptate ederetur. Iam ſi quem fortaſſis ea ſtultitia ſubiret, vt hæc priuatæ legis beneficia, non neceſſitatis vllo iure; ſed ætatis exactæ titulo; antiquitatis in ordine; acceſſus ad viros Principes; obitorumque diu primorũ munerum, ac laborum; hoc iam non de religioſi ſenſus tolerabili diſcurſu, ſed de impuriſſimi ſæculi vanitate, refutandum non eſt, ſed exſibilandum. Quæ quidem omnia ita velim dicta, non vt obſint rectæ libertati, nedum iuſtæ quandoque obligationi, vera incommoda Superioribus exponendi, ſed ne moroſius minutum

Cæſar. 7. Dialog. c. 48.

Idem cap. 80.

Caſſ. lib 5. de inſtit. renun. cap. 23.

minutum importunumque medicum, amorem priuatum audiamus. Demum S. Bernardi conſilium duplex huc admodum quadrat. Prius eſt iſtæc peculiaria valetudinis fulcimenta non eſſe in aliis obſeruanda, multò minus iis inuidenda; vt nec multas ægroto ſumptuoſaſque potiones quiſquam niſi fatuus inuideat; ſecundum auerſos ab hiſce infirmioribus oculos in paucorum quorumdam ardenti virtute defigendos, vt cum eo ſaltem B. Bernardi diſcipulo noſtrum quiſque ſuſpirans fateatur; hei mihi triginta virtutes in fratre meo nocte hac aduerti, quarum nullam in me reperio.

De obſeruatione Regularum.

Capvt XXII.

Mali ſumus plerumque bonorum noſtrorum iudices, & quod in iis magni momenti eſt, nimis ſæpè pro leui deſpicimus. *Eiſi* 4. Reg 5.

rem

rem grandem tibi dixiſſet Propheta, certè facere debueras ; quanto magis quia nunc dixit tibi, lauare, & mundaberis: audiuit Naaman prudenter monentem, abiuit, lauit, reſtituta eſt caro eius ſicut caro paruuli pueri, didicitque re ipſa, quod ante pro abſurdo, otioſo ac prope nihilo duxerat; in eo fuiſſe purgandæ vim lepræ, & recipiendæ cardinem ſanitatis; hoc cum multis in rebus, tum verò in Regulis Ordinum Religioſorum clariùs elucet quæ exilitate præceptorum cùm nihil magni admodum præferant at ſumma continent rerum momenta maximarum.

Prima Pars.

De vtilitate multiplici Religioſarum Regularum.

1. PRima Regularum vtilitas, munimentum eſt legum diuinarum; vrbem fortitudinis noſtræ, ac ſalutis arcem, mandatorum Dei muri præualidi coronant; ſed quò fiant Iſa. 26. 1.

magis

magis inexpugnabiles noſtrarum loricâ Regularum, ſeu antemurali muniuntur; huc ante omnia machinas obuertat, huc ſtruat inſidias oportet, ſi quis hoſtium, murum petit; vtque à muris hoſtium impetus non ęgrè arcentur, quamdiu loricâ vtcumque defenditur; ſic Chriſti conſilia dum aliqua ſaltem diligentia retinemus; eiuſdem iuſſa nequaquam ſceleribus prodimus; vix enim ad grauia niſi per leuia venitur, nec mortiferis ictibus patemus, quamdiu carptim quoque perſtringi deuitamus. Malè itaque de pretioſo dono vocationis tuæ ſentis, cùm pertæſus tuos contra regulas næuos credis fuiſſe conducibilius futurum vt illic remaneres, vbi nulla eſſent harum pondera regularum quàm ſuſceptis caput toties ignauè ſubtrahere. Ais ne tu pondera? Sed alarum inſtar ac rotarum, & intactæ Nazaræi Samſonis, ac religioſi comæ. Ais ne te crebrò ea excutere? ah! ſi ſtares in media caueâ tauros inter & feras, deuotus cultro & lanienæ venator, inter naufragia, medio in mari; in profluente Babylonis!

Bern. epiſt. 341.

lonis! eſſes, opinor, optabiliori ſtatione, quàm inter ſpectacula, in amœno portu, in ripæ edito, ac ſuper flumina Babylonis, hoc eſt valde remotus à lethalibus culpis quas illic heu quoties perpetrares? & hoc tibi ſit primum ad harum amorem regularum cariſſimum, ſuauiſſimumque philtrum.

2. Alterum eſt, ea perfectio quam Deus à nobis exigit, earum obſeruatione comprehenſa, quod is non obſcurè ſignificare iuueni voluit, cui poſt Dei præcepta ſanctè, fideliterque culta vnum aſſeruit deeſſe, vt venditis omnibus, & in pauperes diſtributis ſua veſtigia ſequeretur, ita non cœlos tantùm, ſed theſaurum in cœlis adepturum, & aureolam illam quam coronæ maiori iuſſus eſt Moſes imponere. Sed de hoc aliàs cùm de acuendâ in rebus ad ſpeciem minimis diligentiâ tractabamus. Demus enim poſſe abſque Dei offensâ regulas tranſiliri; at perfectionis ſtudium, quam à nobis Dei liberalitas expectat; gloria & laus Chriſti creatoris ac Domini; lex interior amoris,

Exod. 25. 25.

Beda.

S Ignat. 6. p. Conſt. c. 6.

ris, qui ſtare non poteſt, niſi vltrò ac ſponte dilecti mandata ſeruentur & tam boni Patris voluntas æquiſſima dulciſſimis filiis cordi ſit potiùs, quàm timori; indigna denique tam miti Domino ſeruitus nihil peragentium, niſi quod intento in iugulum ferro imperetur; hæc, inquam, parumne videntur ad colendas regulas cogere? non te teneat catena ferrea, ſi ſeruus Dei es, inquit, ad Martium Monachum S. Benedictus, ſed catena Chriſti; nos verò non metus catenæ, non culpæ, non pœnarum, neque adeo præmiorum, ſed Sancti amoris & Chriſti de cruce pendentis, regulæ noſtræ nos alliget.

Ioan. 14. 15.

Gregor. 5. Dialog. c. 16.

Matth. 5. 16.

3. Boni verò exempli candidiſſima lux, quam quidem omnibus, ſed præcipuè fratribus debemus, ex eo profecto non exiſtit, quod nullius vitam, nullius bona, famamque violemus ſed in accurata religioſæ obſeruationis conſtantia, quæ illic eſt clarior vbi adſunt plura doctrinæ nomina, ætatis atque meritorum; tantum abeſt vt iſta debeant quemquã ab eâ eximere; quæ regularis diſciplinæ ad exempli

pli robur vtilitas magnum habet ſtimulum eius obſeruandæ: ſunt enim huius ſtudioſi firmamenta ſanctorum Ordinum, columnæ Templi Dei, & ærea munimenta, quibus religioſæ ſtant, vigentque familiæ; At ſi cùm ſis ſenex & patruum ſapias ſiue trunco vmbram & præteriti fama, ſeu adhuc frondibus & geſtis præclaris facias, ſi tibi hoc arroges, vt ab regula recedas, quid ille ſtatim adoleſcens, qui ægrè ſe intra illam tenet; ac patrocinium audendi, laxandique ſepta opperitur. Quid, inquam, te duce facturus eſt? pudorem detergis quo inhibebatur, animos facis ad parem licentiam, & ſoluendi reus auctorque Ordinis, peccatis propriis attexis aliena. Act. 3.12.

4. Cui verò opulentæ illæ, magnæque præfecturæ & complexura totum hominem gaudia promittuntur, niſi paucis in rebus, ac tenuibus fideli? ob id videlicet quod in minimo fidelis, in magnis idem futurus ſit, non continuò versâ vice, qui in magnis bonus, in paruis non diſſimilis ſit credendus. Diſpenſatorum & quæſtorum Matt. 25. 22. Luc. 16. 10.

quæſtorum fidem rationes laudant non ad centum nummos, ſed ad ſupremum ſubductæ obolum: probitatem natorum, non paternæ offenſæ fuga, ſed voluntatis ſtudium, & ſedulitas erecta in minimis quoque perplacendi; hos ille paruulos, ſeque ad omnia obſequendi amore demittentes pater ſuo affatu, & complexu dignatur, impedimentis acceſſus liberi, congreſſuſque ſubmotis, ad ſe vocat, & eorum eſſe cælorum regnum profitetur; at qui criſtas attollunt: & minutarum obſeruationum prouinciâ vnis ferè relictâ nouitiis, earum neglectum velut auctoritatis affectant notam, eos vti mater auulſos ab lacte filios repellit, iis fontem occludit ſacrarum dulcedinum, iis conſuetas pietatis occupationes tam olim iucundas & melleas, aloë circum & abſynthio illinit. Narrat S. Odo Cluniacenſis Abbas euentum mirabilem accuratæ Monachi erga regulas bonitatis (de ſe putat narrare Surius) is reſiduas è menſa micas tempori abſumere oblitus, cum veniam petens abſumendi expanſa manu Prælato oſtenderet,

Matt. 19. 14.

De Virg. Illuſtr. Mente 9.

oſtenderet, non iam micas ſed gēmas aperuit, in quas erāt diuinitus conuerſæ. Federicus Auguſtus è duobus ad Abbatiam lectis optimum cēſuit, qui acum ex regula circumferret; Alterum pecuniarum ſumma bene grandi acriter ambientem, iamque ab ſe promiſſo approbatum ab eo munere reiecit. Bononiæ laicum ex S. Dominici Ordine Dæmon crudeliſſimè vexauit, quod antecedenti veſpere bibiſſet abſque facultate, nec potum ſigno Crucis luſtraſſet. Et ſunt in ſacris, & Eccleſiaſticis literis tam multa eiuſmodi violationum exilium & ſæpe tam terribilia argumenta, vt ambigi nequeat illas Deum à nobis vehementiſſimè flagitare. Et verò nullum eſt deſcituræ mox à ſuo flore, & caſuræ religonis indicium certius; nullum cuiuſque priuati ruinæ, iratique in illum Dei, quàm frequens neglectus regularum. Cùm enim Deo iam fixum ſteterit murum filiæ Sion diſſipare, antemurali primum huic manum admouet vltricem, cuius permiſſo excidio, mox etiam diſſipatur, diſpulueraturque murus,

Cæſar. l. 6. cap. 15. Hiſt. Ord. 1. p. l. 1. c. 60.

anima infelix deprædationi hoſtium ac ludibriis patet,& diſiecta ſæpe colubri morſibus laceratur; nam vt vulgò ac verè leuiorum crebritas noxarum dicitur hominem ad capitalia fingere, partim aſſuetudine agendi quod libuit, partim præciſione diuinæ opis, quam ingrato & indigno tepori victricem,& vberem Deus negat; ſic minuta hodie conſtitutio præteritur, nondum tamen conſcientiâ ſilente, craſtinâ nihil mouet; poſt etiam flocci fit, demùm improbatur aut intolerabilis ſentitur; poſtremò in odium venit; eius excutiendæ via indagatur, & alluuione terra paulatim conſumpta in mare deuoluitur. Non fuit Iudas repentè proditor; virus pridem quo tandem occidit, alebat venis & augebat; fur erat Chriſtúmque corpore, pecuniam mente, furtiſque ſectabatur. Erudire igitur quiſquis es, qui te in ſolutiorem vitam animaduertis propendere; *erudire, ne fortè recedat anima mea à te, ne fortè ponam te deſertam terram inhabitabilem.*

Eccl. 10. 8

Aug. trac. 50. in Ioan.

Hieron. in cap. 26. Matth.

Hierem. 6. 8.

SECVNDA

Digitized by Google

SECVNDA PARS.

De adiumentis aliquibus ad accuratam Regularum diſciplinam.

1. QVæ in huius laudem obſeruationis iam ſunt breuiter diſputata, magno ad illam erunt adiumento, ſi diuturnâ meditatione ſemel antea percepta, crebrò deinde reputentur. Præter hæc tamen nonnulli hoc ſeruant, vt quandoque in anno pœnam ſibi iuberi à Præpoſitis petant, ob regulas indiligenter cuſtoditas, vt hac ſuæ virtutis promouendæ exteriori diligentiâ, prodant interioris indicium; de regreſſu ſuo proficiant; ſarciant, ſi quam rimam dederunt in regulas, ac reuerentiam in eaſdem publicâ ſui multâ in poſterum ſanciant. Vbi enim leges impunè non violantur, etſi non rarò in eas peccetur, attamen dicuntur meritò vigere; multò magis cùm quiſque ſui aduersùs illas peccati vltor eſt; quâ verò irrumpit impunitas, hâc

contemptus, hàc proculcatio, hàc abrogatio illarum, & pernicies Ordinis graſſatur. Quod aſſignat S. Bonauentura inter ſolutæ vitæ religioſos cœtus, integræque diſcrimen. In quo moderatores debent ab iis qui ſubſunt propenſo feruore animari, ne magnâ moleſtiâ, ad pœnas pro ſuo munere infligendas ſæpiùs cogantur deſcendere, quas foret mitiùs deſiderantibus, petentibuſque concedere. Dignum eſt notatu quod S. Dominico fateri Dæmon compulſus eſt, cùm per officinas & loca Cœnobij aliquid lucraretur, in domeſtici Confeſſus exedrâ, vbi ſuas Monachi enuntiabant culpas, quicquid lucrifeciſſet perdere.

De ſex alis Seraph. Ala. 1.

2. Valebit etiam diſtincta intelligentia Regularum & refricata ſaltem quot menſibus earum memoria, ne obliuione animus in eas elangueat, & incogitantiâ contemnat. Quod nonnulli tam seriò vitant, vt diem ſinant abire nullum quin tres aut quatuor illarum attentè, conſideratéque legant.

3. Tandem cùm ſua plurimos

ſoleat

ſoleat timiditas quædam in fraudem inducere, vt fingant leuius ab vrbanitate, quàm præuaricari ab regulis, negentque ſe audere toties interpellare Præpoſitos, vt bona eorum cum venia id ſibi liceat, quod ſciunt aliter non licere; hæc ipſis albugo, quoad poſſumus detrahenda. Imprimis perfectam ſuorum virtutem, curamque Ordinis tanti Religio æſtimat, vt eius qui regit cenſeat tempus bene collocatum in audiendis qui ſe conueniunt facultatem variam petituri; quod ipſe quoque cum certò ſentiat, ne Matri optimæ iniurioſus ſit, quo tu pacto de illo tam malè iudicas vt te putes ipſi futurum tædio crebritate quærendæ facultatis; gaudent mercatores emptoribus, operum locatoribus artifices, ſuperiores diligentiâ ſuorum in virtutibus exercendis, veneratione in regulas, obedientiæ ſollicitudine; frequenti materia probitatis ipſorum elimandæ; diſſolutione autem mœrent, atque licentia cuncta pro lubito aggredientium, & peragentium. Quæ, vim item ſuam apud alios quoſ-

nis ratio obtinet, ſiue domeſticos, ſeu externos, cum fortè à nobis expetunt, quæ ſaluis regulis nequimus; laudabunt enim mihi crede & paſſim laudant reuerentiam earum religiosè excuſantes, quàm proiectiùs calcantes, aut poſtponentes humanæ timidiùs; ſin autem & eiuſmodi ſint, qui plus ſibi deberi quàm conſcientiæ, ac regulis putent, ridiculum videtur dubitare, an eorum tibi iudicium ſit tanti?

4. Sed, inquis, fugio ſcrupuloſi nomen; facis vti decet, cum talium opera nemo ferè homo vti ſuſtineat, ſintque aliis prope inutiles, ſibi verò nec tolerabiles; at enim ne notam ſcrupuli accuratæ affingas diſciplinæ, nec religiosè præſcripta obſeruantem ſcrupuloſi obſcures nomenclatione religioſum gere, non tantùm animo ſed fronte; non potes Inſtituti tui erubeſcere decreta, quin Christi ſermones crucemque erubeſcas; ex hoc verò quid ſecuturum ſit ipſe apertè minatus eſt. Quis Princeps ſeruum patiatur pudore Domini non audentem niſi longo interuallo Dominum

Luc. 9. 26.

Dominum aſſectari? profitere quod es, quod nequis abſque facultate; quod non tuo ex iure, ſed moderatorũ pendet; hæc verò non eſt ſcrupuloſi ſatisfactio, ſed religioſi, quàm qui non accipit, ſuas ſanè, quod ad me attinet, ſibi res habeat; verùm quilibet non malè cordatus profectò accipiet, proficiétque illius exemplo, ratus ſtultum prorſus, & emotæ mentis nedum pietatis, qui malit hominibus, quàm Deo placere, ac morem gerere. Quis B. Gonzagam non ſuſpexit, negantem ſibi licere per regulas Domi cum viro Principe colloqui; foris extra dies ad hoc deſignatos cum Comite; folium chartæ ſocio mutuare? Quis illum ex S. Hieronymi familia, qui Henrico Regi à quo plurimum amabatur iterum ac ſæpiùs inclamanti non priùs reſpondit, quàm extra Clauſtrum Cœnobij exiſſet, quod intus lege ſilentij teneretur; Quis; ſed omittamus quæ vulgò ſunt obuia in hiſtoriis Ordinum, nec tam illa ore atque admiratione, quam imitatione, factiſque prædicemus. *Chron. Ord. c. 18.*

De Perſpicuitate in aperienda Præpoſitis conſcientiæ propriæ ratione.

Capvt XXIII.

De inſt 1. ren c. 9. & Coll. 2. Abb. Moyſ. c. 10.

Prima hæc refert Caſſianus à priſcis Patribus interioris vitæ elementa Tyronibus tradita, vt nullas planè cogitationes ſuo tegerent ſeniori; quod tam exquiſitè ab iis retentum eſt, vt ne qua memoriam falleret, in ceris è zonâ pendulis, prout vnaquæque inciderat, mox illam adnotarent: & quòd magis mirum, volebat S. Antonius, ſi fieri poſſet, etiam quot paſſus ſui ambularent, quot aquæ calices in cella biberent, ſenioribus numerare ne in re quapiam ab recto, ſanctóque deflecterent, quam in Domini via grauiſſimam, certiſſimámque prudentiam ab iis acceptam Sanctorum plurimi magno noſtro bono ad nos tranſmiſerunt.

Climacus c. 4. de obedientia. Baſil. paſſim. Hieron. in reg. c. 34. Ambroſ. 3. off. 16. Bernard. de ord. vitæ & mor. c. 4. Ignat. c. 4. Exam.

Digitized by Google

PRIMA PARS.

Quanti ſit ſeipſum perſpicuè ſuis Moderatoribus aperire.

1. COlligit breuiter S. Ignatius rei tantæ momenta. Quorum primum eſt vt poſſint qui regunt tutiore viâ ſuos deducere, ac tum faciliùs, tum vtiliùs gubernare: ob id principes Viri habent priuatæ vitæ teſtes perpetuos medicos, vt eorum inde notitiam corporis, quàm maximam hauriant, quæ quidem dum abeſt eſſe omnino non poteſt vlla valetudinis ipſorum ſat certa curatio. Vt ergo non ſanat medicina, quod ipſa ignorat, ita qui ſcelera & næuos abſcondit, tãtò minùs ſanari & dirigi poterit, quãtò ſunt animi quàm corporis morbi difficiliores. Nec enim ſuppliciis & tricis forẽſibus gubernatio noſtra conſtat, ſed paterna regentium curâ, & eorum qui parent interiore ſtudio pietatis vnum animorum ſolatium, vtilitatemque ſpectantibus; hoc tu ſi ſtudium depones,

ſi preſſis animi latebris rectorum oculo, curæque te ſubtrahes, eadem culpâ extra diuinam prouidentiam exibis quæ te ab alio, non abs te dirigi voluit.

2. Sed hoc ipſum multò fit clarius, ſi aduertas, quàm periculoſis (eſto, admodum ſanctis, feracibuſque lucrorum æternorum) ſed ob humanam imbecillitatem, quàm periculoſis & ancipitibus ſis occupandus officiis, niſi parem ad illa virtutem afferas & manum valeas æquo marte cum iis conſerre, in hæc ergo te Rector prælia, in hos caſus mittat tuarum ignarus virium, teque tam inuictum arbitratus, quàm te tua ſimulatione, vel ſilentio prætuliſti, quid aliud fuerit, niſi ratam in mortem exploratamque te vrgere? ſed hancce tu tibi tuam perniciem imputabis,
Matt. 25. 15. nunquam te in ea certamina coniecisset, niſi tuam ipſi debilitatem occultaſſes.

3. Verùm Ordinis tui pretioſam famam tot Patrum ſudore ac ſanguine quæſitam quàm fœdis maculis obiectabis niſi te penitus ſuperiori pandas;

pandas; parce huic famæ, ſi tibi non parcis; non vides ex tuâ taciturnitate decernendam tibi prouinciam quam ægerrimè ſis abſque ſanctæ Matris contumelia adminiſtraturus. Tibi adeo imperat, vel abſurdus tui apud Rectorem pudor; vel amor fatuus occupationum, quibus ſi pectus nudes priuari metuis, vt in te Inſtitutum tuum probroſi pudoris diſcrimini exponas & quod hinc ſequitur munerum inutilitati? nulla eſt promptior egenti ad extremam inopiam & interitum via, quàm cum recula ſua videri vult diues, & haberi, nulla infirmo, & fortitudine defecto, quàm ſi robuſtum ſimulet, occaſioneſque ambiat ſuo pondere oppreſſuras: nec eſt quod dicat ſe infirmam virtutem, & debiles humeros excuſaſſe, niſi quibus in rebus quàm ſæpè id ſenſerit, diſertè exprimat; nam communes illas modeſtiæ formulas nihil vetet etiam à Prophetis, & ab Apoſtolis verè dici: fruſtra igitur ſibi de præſidio obedientiæ adulatur, qui de animi rebus Superiorem celans, ad ea adhibetur ad quæ ſe idoneum laten-

do mentitur; non eſt illa mens, non Superioris factum, ſed ſeſe tacitè ingerentis, arripientiſque officium melioribus credendum. At verò quanta fiduciâ, qui moderatorum paternis oculis ſe totos euoluerunt, quàm dulci ac pia ſpe Deum rogant. *Domine da quod iubes, & iube quod vis*, prorſuſque animum inducunt, Deum ſibi vbique quando nuſquam eius iniuſſu quicquam agunt, fore propitium: His autem præcipuè de cauſis iſtam conſcientiæ rationem toties S. Ignatius repetit vt non data ſolùm occaſione quauis, ſed præter occaſionem atque propoſitum videatur eam ingerere, quanti nimirum ea eſſet diuina in luce proſpiciens, nec ignarus quanta diu fuiſſet Ordinum priſcorum integritas, quamdiu eum morem conſeruaſſent.

August.

4. p. Conſt. c. 10. §. 5. 5. p. cap. 1. §. 2.

4. Non deſunt tamen documenti tam neceſſarij aliæ quoque rationes. Nam quod maius afflicto ſolatium, quàm ſi talem nactus eſt amicum, in cuius ſinum quicquid dolet, quicquid animum iactat & diſtrahit, fidenter deponat, cui ſe ac ſua, tum geſta, tum

Ambroſ. 1. off. c. 6. Hieron. in reg. c. 34. Bernard. de ord. vit.

tum gerenda; tum conſilia & deſideria tutò credat; nimirum vt atra, & minax nubes, excuſſo imbre detumeſcens paulatim candeſcit, ſic velut exinanitur ægritudo, albeſcunt tenebræ, tentationes diſſipãtur, amicus in partem triſtitiæ vocatur & attentus nimium animus ſuis malis, familiari colloquio ab iis auocatur: hinc amicus fidelis medicamentum vitæ; hinc omni auro & argento pretioſior theſaurus, hinc omni comparatione præſtantior dicitur; hunc noſtrum quilibet in conſcientiæ rectore amicum reperit, imò & medicum, & fratrem & ſuas maternis viſceribus piè excepturum, ſanaturúmque moleſtias, & ſi quæ ſunt vulnera, ſuſpenſa manu, lenique tractaturum. O pacem, ô ſudum animi & tranquillum cælum, cùm lucis huiuſce in eo perſpicuitas dominatur! tanta hinc lætitia & quies exiſtit, vt ſuſpectam hanc S. Dorotheus tamdiu haberet, vtpote immunem ab ærumnis, per quas nobis iter in Regnum Dei Beatus Apoſtolus ſignauit; donec ab Ioanne Abbate

Nilus Monach. S.*Thom.* 1. 2.*q.* 38. *art.*2.

Eccl.6. 16.& 1.4.

*Doctr.*5.

te didicit, ſolitos eſſe tranquillitate hac tandem frui, qui nullas penes ſe latebras conderent, ſed toti penitus ſuperioribus patere ac parere, nullâ re exceptâ contenderent.

5. Ad hæc, poteſt quidquam ſomnio propiùs effingi, quàm artes nullas ne ſordidas quidem ſine doctore à quoquam percipi; abſtruſiſſimam omnium, & in cæcis verſantem, maximéque perplexis æternitatis conſequendæ vel perdendæ momentis, nullo paſſim magiſtro ſciri ab omnibus? dolos hoſtium ferociſſimorum antiquos & truces, totoſque inferos notos fore cuiuis, docente nemine, & ab ignaro pugnandi homulo ſuperandos?

6. Vt autem eſt valde ſingulare ad morbos animæ ſanandos frequens apud eundem ſacerdotem confeſſionis ſacræ præſidium, quod præter gratiam ac vires, inſunt ei remedia cætera, conſiliaque opportuna, quæ ab ſapienti monitore ſolent, ac debent tempeſtiuè præſcribi; non diſſimili ratione interiores animi ſui vultus ac receſſus qui moderatori ingenuè

nuè explicat, quid oret? qua formâ? quo ſenſu? quas pugnas, & vnde? quibus animis, progreſſu, euentu, ſuſtineat? quos virtutum quæſtus, conuerſionum prædas, partorum iacturam fecerit, quid promouerit meditando, examinibus, conſuetudine fraternâ miniſterio tum ſacro, tum quotidiano; qui hæc & talia diſertè indicat, monetur ad ſingula, laudatur, corrigitur, animatur vbique verò docetur, inſtituitur, exercetur; præterquam quod aculeus eſt ſanè viuax ad ritè, pulchréque gerenda omnia, ratio illorum cuipiam reddenda, præſertim patri atque præpoſito, & augetur apud nos mirificè rerum illarum exiſtimatio, quarum integritati & perfectioni tam crebrâ indagatione, minutiſque Patrum cognitionibus conſuli videmus.

7. Quid? illud quanti faciendum, quod ad tentationes debellandas præſentiſſimum eſt armorum genus iſta quam loquimur earum manifeſtatio? nec enim tunc ſoli, nec Tyrones & fraudibus obuij, ſed totâ patris experientiâ, multorum doctrinis & longo *S. Ignat. 3. p. Conſt. c. 1. §. 12. Caſſ l. 4. c. 9. & Coll. 2. Abbat. Moyſ. c. 10.*

longo vſu conflatâ pugnamus, illamque in conſeſſu Patrum maximè neceſſariam ad proficiendum à Magno Antonio iudicatam diſcretionem raram ex S. Bernardi conſilio, obedientiâ ſupplemus; alioqui *væ ſoli*, ac ſui vnius fiduciâ manus cum hoſte conſerenti; cadet nec erit qui alleuet; vtque ille quondam ſui occultator, Macarij Monachus, tanquam turbo à Dæmone voluetur. Quamobrem Dæmon nihil ita ſatagit, quàm vt more impuri amatoris animam faciat ſuarum tenacem artium ſecretarum vt in ſilentio mordeat, cùm ſciat molitionibus detectis rem ſibi cum pluribus iiſque fortiſſimis, & peritiſſimis futuram. Adde hunc Deo contemptum noſtri adeò placere, vt noſtrorum finis & ſanatio morborum ſola plerumque ſit eorum retectio, magna profectò demiſſionis tantulæ mercede. *Tamdiu enim* vt ait Caſſianus *ſuggeſtiones Dæmonis in nobis dominantur, quamdiu celantur, illico vt patefacta eſt maligna cogitatio marceſcit, & nondum prolato diſcretionis iudicio ſerpens teterrimus vi confeſſionis*

Serm. 3. de circum.

Eccl. 4. 10.

Doroth. doctr. 5. S. Ignat. in exerc. reg. 13. de mot. animæ.

Eccl. 10. 11.

nis in apertam lucem è tenebricoſo pertractus ſpecu, traductus quodammodo ac dehoneſtatus abſcedit, nõ ferens ſcilicet abiecta turpitudinum ſuarum probra piorum oculis patere. Quod ita verum eſt, vt vna quandoque tentationis deferendæ deliberatio illam diſiiciat funditus & profliget, cuius rei ſymbolum præferunt leproſi decem, oſtenſuri ſe Sacerdotibus dum pergunt, repente mundati; exemplum verò in Ægyptio aſceta, qui poſt hebdomadas ſexaginta ieiunando & orando traductas, vt lucem cælitus in re dubia obtineret, mox vt pedem extra cellulam tulit, petiturus illam ab alio Monacho, ſtatim ab Angelo illuminatus eſt dicente, hanc eius demiſſionem ſui, haud paulò magis quàm precationes, & inedias id eſſe promeritam. O ſi eos ad manum corporum medicos haberemus, quibus idem foret morbum cognoſcere ac ſanare! At ecce habemus animorum, & torpemus; pigetque ab iis valetudinem æternùm beatam, ægritudinum noſtrarum confeſſione comparare.

Luc. 17. 13.

8. Verùm

8. Verùm ſcio, inquis, legíque ſæpiùs & audiui à meis Patribus in ſimili cauſa quid fieri debeat, quibus hæc armis tentatio iugulari, ſed hæc item tergiuerſatio cùm S. Dorotheum interdum vexaret; reſpondebat, is ſibi ſecundùm hominem hæc effugia ſuggerenti; Anathema tibi & iudicio tuo, & intelligentiæ ac prudentiæ tuæ, cogitationi, atque ſcientiæ, poſtmodum verò inſultanti ſententiæ propriæ, quod non aliud ac ipſa præceperat, à ſuperiore audiuiſſet, nunc bonum eſt aiebat, nunc à Spiritu ſancto eſt; à te antea cùm eſſet, iure à maligno profectum putaui. Quod tametſi ſemper, at certaminis tempore, quo dira nocte circumfunditur animus, eſt præcipuè factitandum nam in turbido illo perturbationum, quo penè excæcatur, obruiturque mens, & comprehendunt nos iniquitates noſtræ nec ſinunt quid expediat cernere; plus nobis breui ductoris ſermone affulgebit lucis, quàm ex noſtrâ poſſimus doctrinâ omni & peritia petere; contingit ſæpius, vt quod profuerat iuſſum

iuſſum à medico pharmacum, non proſit idem iniuſſu medici ab ægroto ſumptum, ignorante nimirum opportunitatis morbique articulos ex quibus pharmaci efficientia dependet; eſto, eſſent Damaſci fluuij Iordane meliores, ſed huic non illis perſanandi Naamanis poteſtatem Prophetæ voce Deus indiderat; qui eodem modo petitis è triuio, ſed tibi à Superiore adhibitis plus dabit facultatis ad medelam, quàm reconditis & ſingularibus, ſed abs te inuentis vel admotis.

9. Poſtremò pudet de rebus nihili eſſe Superioribus moleſtos & ſapit pueros minima quæuis ad eos referre. At iſta minima qui ſe Deo perfectos conantur exhibere quâ prudentiâ negligent? cùm dubium non ſit ad perfectionem pertinere, & ad illum candorem ſimplicitatemque puerorum, in quæ Chriſtus redire diſcipulos iuſſit ſi vellent in cælum introire. Poſt etiam atque etiam attende, ne pudor fortaſſis rei verecundæ, leuem tibi hanc fingat, cùm grauis ſit, vt in confeſſionibus non

rarò

raró euenit; generale namque & euidens pronunciabant Patres diabolicæ cogitationis indicium, ſi Superiori eam puderet aperire. Tertiò vt auium oua dum fouentur excluduntur in fœtus, ſic vmbræ tenues cogitationum adoleſcunt in periculoſa, & venenata monſtra dum teguntur. Denique ſit nobis documento quod de ſe admodum iuuene Abbas Serapion, iam ſenex erat ſolitus narrare, ſui videlicet coram rectore ſuo Theona Abbate, & hoſpitibus Monachis confeſſione ſerâ licet, verùm animoſâ atque ingenua ab edacitate ſe furtiuâ ac dæmonis flammâ eam incendente, ſubitò liberatum.

Caſſ. l. 4. c. 4 de inſtit.

Climacus.

Caſſ. Coll. 2. Abb. Moyſ. c. 11.

SECVNDA PARS.

De facilitate detegendæ Moderatoribus conſcientiæ.

1. VTilitatem & excellentiam, interioris vitæ, moderatoribus noſtris non confeſſione tantùm ſacra, ſed familiari apertione exponendæ, ſequitur ingens neceſſariò

voluntas

voluntas tam inſigni bono perfruendi, niſi hanc difficultatis figura potiùs quàm difficultas retunderet. Sibi enim quiſque optimus teſtis eſt, quantum anguſtiarum pertulerit, quamdiu aliquid, Patrem ſuæ conſcientiæ, celauit; colligata erat iniquitas Ephraim, abſconditum peccatum eius, dolores parturientis in eum irruebant; ibat occultum vulnus, aut liuorem medico oſtenſurus, ſed euntem laboris tædebat, pudebat morbi, deficiebant vires, virtuſque pariendi; re infectâ redibat, ſtatu quàm antea ſæuiore; vbi verò quicquid obſtiterat peruicit, ſeque confidenter ac perſpicuè prodidit, tum quaſi immenſo defunctus onere, vel inquinante ſtomachum pondere excuſſo gaudere incœpit; Quod ſi clauſa plus cruciant vulnera, & feruente intus eiectâ ſanie, non ſalus modò ſed quies & voluptas eodem aditu inducuntur quis non videt, nihil eſſe in aperiendo animo mœroris, ſi cum ea moleſtia confertur, quam obſcurus & tectus habet pertinaciter exedentem.

Oſeæ 13. 12.

Iſai. 37. 3.

2. Quicquid porrò Dæmon in hac

hac tui manifeſtatione fingit difficile, id oritur ex opinione potiſſimùm amittendæ apud ſuperiorem famæ, auctoritatis, atque fiduciæ; quod quantum à vero aberret confirmat illa omnibus innata eos amandi propenſio, à quibus ſe amari vident, quæ quidem nullo validiùs amatorio inflammatur, quàm veri amoris argumentis; inter hæc verò argumenta vix eſſe fortius quàm ſit arcanorum communicatio, tum docet ratio atque vſus, tum illud Chriſti cariſſimos
Ioan. 15. 13. ſuos inde amicos compellantis, quod
Luc. 8. 10. iis crediderit quæcunque à Patre audiuerat, & parabolarum coloribus vulgò adumbratum Regni Dei arcanum ipſis nuntiaſſet. Cùm ergo animum moderatori conſcientiæ ſic tradis, vt nihil prorſus tui latere illum velis; dici non poteſt, quantum tui amorem in eo accendas, quippe cuius vt Patris, Matriſque, imò Dei ipſius tutelæ, ſolicitudini, conſiliis atque arbitrio, ſalutem famam, dignitatem, quietem, omnia ſecurè committi cenſueris. At ſi retruſas tenes inacceſſo ſinu intimas apothecas, ſi

per

Digitized by Google

per ambages illum circumducis, vt videns non videat; audiens, niſi per nebulam intelligere non valeat, quâ illum prudentiâ tibi vis fidere, te amare, erigere, complecti, & quaſi filiolum fouere; ſanè vt te ficta vrbanitas, & diuerſus ab animo vultus in ſuperiore offenderet, ab eóque non parum auerteret; ſic puta iiſdem iure illum abs te offenſum iri: hâc autem ex cauſa quam conſtituimus id quoque ſequitur, vt nihil tibi honoris, opinioniſque apud illum propalandis ipſi rebus animi decedat. Imprimis enim iſte amor quem parit, vt diximus, ardentem, ſecretorum communicatio, niſi perſonis magni æſtimatis haudquaquam moueretur; deinde illa quarumcunque tandem tentationum perpeſſio, quæ ſolet ruborem puerilem quibuſdam conſciſcere, non eſt vulgarium hominum, ſuæque habenas cupiditati mittentium, ſed valde pugnacium & Domini bella certantium; non noua, inſolens, inaudita, ſed vetus, communis, & quotidiana, non ignota moderatoribus & confeſſariis, ſed præ multis magis

magis peregrinis, magiſque deformibus iam trita. Accedit, quod homines ſumus, ex luto eodem fragiles, labiles, abiecti, nec poteſt apud animæ Patrem exiſtimatione & gratiâ excidere, qui ſuos ipſi cum plurimis & cum eo fortaſſis communes lapſus ad leuamen pandit; illa potiùs ſui tam generoſa demiſſio, & is dolor, ac meliorum propoſitum; ille candor, & ingenuitas ſeipſum deferentis, damnantis, quin & punire cupientis, teneritate incredibili molliunt, deuinciuntque audientem, & præclaram ipſi virtutis eius, ac fidelitatis opinionem, vel augent, vel faciunt; non dedecorant Dauidem, Magdalenam, Auguſtinum, reliquos ſanctos errata vitæ præteritæ, ſed fletu, & confeſſione velut gemmatis ſciſſuræ veſtium reſartæ vittis ornant multò ſplendidiùs correcta quàm perpetrata fœdauerant, & illa quam ferunt confuſio non peccatum adducit, ſed gloriam ſecum, & gratiam inuehit. Profligatum è religioſa familia Sacerdotem S. Ignatius cùm nulla induſtria expugnaret, adiit tandem confeſſionis

Gerſon de puer trah. ad Chriſtum p. 2.

Eccl. 4. 25

Lib. 5. cap. 10. vit.

Digitized by Google

confeſſionis cauſa, qua de quotidianis pro more expletâ, quædam vetera ſubiungit, quod iis præcipuè configi ſe diceret; expandit itaque cum innumerabilibus lacrymis iuuentutis delicta & ignorantias, & quicquid ex vita in ſæculo acta plus ad ruborem dedecoris ferebat, ex quo tantum abeſt, vt in Sacerdotis odium, contemptum, aut auerſionem incurrerit, vt potius quem ante horruerat Sacerdos, Ignatium exinde diligere, reuereri audire, ac ſalutis ducem, vitæque piiſſimæ habere voluerit.

3. Sed ponamus rem ſecus accidere, foreque nos tales in poſterum apud moderatores noſtros quales commereretur; quam ei reddimus vitiorum noſtrorum mentiſque ratio; an non ſublimis illa quam ſumus profeſſi humilitas hoc ſaltem à nobis expoſcit, ne credi velimus quàm ſumus reipsâ meliores? Iaceamus licet in angulo, obſcuri inhabiles, ignoti, extra non opinionem modò ſed & memoriam, quid inde? noſtram ah! noſtram imbecillitatem!

ſancti viri, ac ſui verè contemptores eiuſmōdi latebras, ſimulatorum vitiorum captatis notis ambierunt, nos illas verorum occultatione fugiemus, & quam non meremur intueri, alienam lucem falſis titulis prenſabimus? inſinuabat Theodoſio Rufinus abſtineret ſe adhuc ab acceſſu in Templum, nam & ab Ambroſio excludendum & auditurum quæ minimè vellet, eamus tamen, inquit, noſtris condigna factis audituri; nos eadem ſcilicet à Superiore non ſuſtinebimus cogitari?

4. Quanquam vt ante innuebam, ex hac animi explicatione contrarium accidit, ac Superiores ſibi probè perſpectis & ad medicinam, ſi quando hac egent, promptiſſimis, nihil non credunt, nihil diſſimulant, nihil intutò committi ſentiunt; at de ſui receptatoribus ambiguis & ancipitibus quid poſſunt confidere, quid niſi cunctanter, hæſitanterque ſtatuere?

5. Denique rectores animarum, quod difficultate aliquâ non caret, efficere

efficere debent commodo acceſſu, affabilitate, manſuetudine, comitate omni procliuius, & expeditius, idque ſui muneris lege vehementer ſibi commendatum putare, ne creditarum ſanguis animarum de ipſorum manu repoſcatur, ſi quem à vulneribus detegendis ſua quâpiam culpâ retardarint. Diſcant, inquit, B. Bernardus ſuorum Matres ſe eſſe non dominos; ſtudeant magis amari quàm metui, ac ſi quando ſeueritate opus eſt, Patris ea ſit non tyranni; fouendo Matres, Patres corripiendo ſe præbeant, miteſcant, feritatem ponant, ſuſpendant verbera, vbera producant; non typho illorum pectora tumeant, ſed lacte pingueſcant; Nos verò ad illos non quaſi ad Iudices, ſed amantiſſimos Noſtri Patres, tenaciſſimos arcani medicos, Matres dulciſſimas, ad Chriſti Vicarios Chriſtumque ipſum ſecurè adeamus.

Digitized by Google

Tertia Pars.

De modo ſeu methodo aperiendi Superioribus animi.

Thren. 2. 9. 1. CVm lentus, vel odoratus liquor nunquam ita integrè effundatur, quin eius aliquid vaſi adhæreat, iubet nos Propheta in conſpectu Dei cor veluti aquam effundere, quippe quæ nihil ſui vaſi reſiduum faciat. Hinc petamus licet aperiendæ conſcientiæ menſuram, ſic illa Patribus animi euoluenda, extricandaque eſt, vt nihil ipſos omnino fugiat, quo fuerit diuina bonitas à nobis læſa, vt minimum verò nihil ignorent, quod grauiuſculè nos premat; etſi enim multa numerantur, quorum eſt iis edenda ratio, de precatione, afflictatione, perturbationum inſultibus, vitiorum multiplicibus tentamentis, & ſingulis planè animi motibus; verùm aliud eſt pulſari, & cadere, ſuadere ac perſuaderi; impugnari, ac

S. Ignat. in redd. conſc. & reg. Baſil. in fuſius diſp. reſp. 26.

ac vinci, lapſare, ac labi, corruere ſemel, aut ad ſingulos paſſus, longéque diuerſis pharmacis morborum tentationes, & ipſi morbi; atque in morbis ſubiti, breues, ephemeri; & longi, inueterati, pertinaces curantur: intereſt plurimum non tantùm medici, ſed etiam ægroti, vt ad faciendam febri medicinam cognoſcatur de infirmitate affecti corporis quòd ipſa vrit; vel de habitudine robuſta, nec poteſt aliter, niſi caſu, & cum periculo extingui; quis neget multum abſimili egere remedio qui prauis motibus ſuccumbit, ab eo qui quanquam acriter concuſſus, reſiſtit tamen acrius, & in gradu ſe tenet? detrectantem palam imperium, ab eo qui ægriùs id ſubit? prorumpentem in verba, & deſideria quæ nonnihil vindictæ ſapiunt ab eo qui ſolùm impatientia vexatur; hæc niſi diſertè, ac liquidò clarè diſtinctéque efferantur, magni momenti negotium in vacuam formulam vertitur; vtilitatis neceſſariæ optato ſcopo, quem ſpectarunt Sancti,

 nobiſque

nobiſque S. Ignatius poſuit, caritu-
ram. Quod ſi, vt cuiuis eſt inte-
grum, confeſſione ſacrâ fiat, ad ani-
mæ tantùm gubernationem adhibe-
ri ea notitia valebit; ad exteriorem
verò quicquid olim aliqui ſenſerint,
per Clementis VIII. Decreta, &
Societatis ordinationes, nefas erit
omnino ea vti niſi bona cum venia
pœnitentis.

De correctione fraterna.

CAPVT XXIV.

VT eſt Dei amantis indicium,
admonitio peccantis & caſti-
Ezech. 16. 41. gatio; iraſcentis verò ac vehemen-
Iſa. 54. 2. tiùs indignantis, deſpectio eiuſdem,
Prou. 3. 12 & diſſimulatio peccati; ſic Superio-
rum erga nos charitas tunc potiſſi-
mùm ſe prodit, cùm nobis nos ipſos
obiicit, & quicquid in noſtris mori-
bus, & conſuetudine notatur clarè
nobis ac liberè edicit; Tunc ſe verè
demonſtrat Patrem filiorum honori
ac

Digitized by Google

ac rationibus attentum; Tunc quanti nos faciat, quantum ſe à nobis diligi ſentiat perſuadet. At è contrario cum errantes ab eo præterimur, & quæ paſſim de nobis aut dèlatione tacitâ iactantur apud ſe continens æquâ interim fronte probari nos ſibi noſtraque ſimulat, iam neque vt filios reputat, nec vti amicos non vt pares ſaltem correctioni admittendæ, & capaces emendationis, qua contagione vix capitalior deuaſtare religioſos ordines vlla poſſit, diſſimulatione, inquam, illorum qui præſunt, & eorum qui ſubſunt teneritudine & infirmitate amante placentia, & correctiones auerſante.

Prima Pars.

De bono fraternæ correctionis.

Prou. 27. 5. 1. MEliorem iure, manifeſtam reprehenſionem, quam abſconditum amorem ſapientia confirmat; parum ſi quidem is amor, imò nihil iuuerit, qui ſe rebus ipſis, neceſſariis præſertim, ad animæ vitam, vtilitateſque, non exerit. Si tu pallio inuerſo incompoſitus, ac ſordido tinctus Principem adires, non magnæ iniuriæ duceres non admoneri te ab aduertentibus, veſtemque ac vultum iis ſuggerentibus, confeſtim, poſt actam gratiam, emendares. Quid igitur fieri, æquum eſt Dei & hominum oculis, ad eius gloriam & horum ſalutem placere cupienti? expirans enim ex ardore ac luto communis φιλαυτίας noſtrarumque perturbationum cæcus vapor, mentis aciem obnubit, & in propriis cauſis videndi vſum, qui ne ſatis quidem in amicis eſt liber immutat & eripit; bene, mirè noſtra omnia prædicamus,

Digitized by Google

dicamus, ponimus bonum malum, & malum bonum; partus noſtros deformes pro formoſiſſimis oſculamur; hunc magno vitæ noſtræ omnis præcipitandæ periculo concretum luminibus humorem vel hoſtili vel beneuola manu detergi opus eſt; eapropter meritò inimicis deberi mercedem, morum quondam Magiſter docuit: ſed ventum eſt in *Plutar.*
ea tempora, vt rarum inuenias ex amicis qui non aduletur, mulceat, blandiatur, & quæ loquitur cum amico ex affectu magis in illum ſuo, quam ex iudicio metiatur, ita vitiis *Pſ.150.5.*
noſtris inueteraſcimus, dum peccato- *S. Auguſt. ep.147.*
ris oleo linimur, nec adeſt qui nos in miſericordia increpet, ſed circumſiſtimur aſſiduè à falſis, aut imprudentibus, & ſui magis, quàm noſtri amicis, qui dum beatos dicunt, decipiunt. Quantò meliora vulnera dili- *Iſa 3.16.*
gentis, quam odientis oſcula frau- *Prou. 27. 6.*
dulenta; quàm præſtat corripi à vi- *Ecc.7.6.*
ro ſapiente, quàm ſtultorum adulatione circumduci.

2. Amicum verum, aut acrem ini- *Diogenes.*
micum olim non nemo quærendum

monuit optanti næuos ſuos eluere; ac prius illud in ſæculo plus nimio cernitur; ad alterum verò vt ex charitate; odio procul atque inuidia, repræſentetur nobis vitæ noſtræ vultus; lex quidem officij præpoſitos obligat, ne autem ſemper obeatur obſtat inſita nobis ſuperbia, quæ ſibi pios monitores cogit potiùs cedere, quàm peiores morbo ſucceſſus datura, morbis remedia facere; cùm enim viderint interpretari nos cenſuram ſuam, veluti contemptum, inuidiam, gladium, perſecutionem; refugiunt, ſcilicet, vt par eſt, illius memores ſapientis, *Noli arguere deriſorem*, ne odium pro beneficio reportes; & medicos non planè abſurdos imitantur, qui cenſent ridiculum cum ægrotis inſanientibus diſputare; nam delirat verè & inſipiens eſt, qui odit increpationes. Ex quo ſequi oportet, vt quemadmodum iſti cum abhorrent à curatione, ſic qui odit increpationes moriatur, & qui abiicit diſciplinam, animam ſuam deſpiciat, ipſeque à Deo, tanquam ſupremi contemptrix medici, & inſanabilis

Greg. 22. moral. cap. 14. & 14. v, 12.

Prou. 15. 10. & 32.

lis Babylon relinquatur, ac præferre incipiat caracterem, quo à peccatore Dæmon ſecernitur, animi obſtinationem. Quod ſi nihilominus non deſint, qui eius deſiderio iuuandi tales inimicitias non recuſent, ſed per illas breui domus tota in ſalſuginem conuerſa, vndique ſuſpicionibus, querelis & amaritudine ſcatebit, eorum vitio qui beneficium admonentis, offenſionem arbitrantur. Cauendum itaque ac pertimeſcendum ne qui nos admonent dicto, geſtu, aut facto accipiamus iniquiùs, aut difficultate correctionis admittendæ, in cœno noſtro ſinamur putreſcere. Qui huiuſmodi ſunt eorum conſuetudinem pernicioſam cæteris fratribus S. Baſilius pronuntiat, vt qui exemplo ſuo illos à ſuſcepto certamine abducant; & eſſe proinde ab iis ſegregandos,

Hierem. 51.9.

Reg. breu. 159. & in animad. adu. delinq. §. 2.

SECVNDA PARS.

De modo fraternæ correctionis admittendæ.

1. DIſcamus ab Ethnico, & eo medico, quid natura duce in hac parte fieri deceat, vt inde conficiamus vel inuiti quantò id ipſum propenſius è Chriſti Domini profeſſum & perfectum ſchola tenere debeamus. *Suos*, inquit, *defectus amoliri ab ſeſe cupienti & in virtutibus promouere, deligendus eſt ante omnia cordatus & probus monitor; tum intimis precibus rogandus, ne qua ſecum in re conniueat, ne quid diſſimulet eorum quæ in ſe putarit arguenda, habiturum ſe hanc operam, vtpote animo impenſam pro æterna & multò maiore gratia. quam ſi corpori vitam & valetudinem redderet. Is ſi operam promittet, dies tamen aliquot tacebit, nihil monens, nihilque arguens, adeundus eſt ſtatim, deprecandumque tam longum ſilentium: Dicet, opinor, ſe nihil habuiſſe, nihil deprehendiſſe quod notaret,*

Galen. de cogn. & curand. animi morbis.

ret,

ret, ac hoc illi haudquaquam credito, ſed habeto pro certo, vel negligentia ipſius, & moleſti muneris declinatione, vel diſplicendi metu factum, vel quod ei ſuſpectum te feceris reprehenſionis minus æquo animo ſuſceptæ, licèt ore tenus illam te cupere teſteris. Quod ſi tibi nonnunquam rem parum ex vero, iuſtoque aſſequi videtur, caue quicquam excuſes, aut refutes. Imprimis enim fortè ipſe acrius viderit, & ſumus in aliis, quàm in nobis oculatiores; deinde quamuis oppoſitum noueris, ad hoc ſaltem proderit cenſura, vt incedas deinceps cautius, non in fugienda modò culpâ, ſed ſermonum, & ſuſpicionum occaſionibus amputandis.

2. Et hactenus quidem Philoſophus medicus, ſed ea omnia morbis animi noſtri perſanandis ita quoque ſunt neceſſaria, vt ſi quid eorum negligamus, vix ſimus candidum monitorem & perſeuerantem reperturi, tantum ineſt huic officio difficultatis & moleſtiarum, nec Superiores ipſi, quanquam lege tenentur pares erunt exhauriendis anxietatibus de admonitionis opportunitate & exitu

tu ſubortis, ac ſolitis naſci ex eadem purgationum ineptiis, commotionum acerbitatibus, mœroribus & querimoniis, niſi videant ſuos non defungendi gratiâ, ſed prorſus ex animo reprehenſiones adamare; ſic illos timore grauioris mali patientur ſuis in defectibus volutari. Ac iis etiam ipſis Superioribus magno vitio datur, ſi nec velint monentes audire, neque ſuadentes, ſed pro imperio atque arbitrio inconſultè quiduis mouere,& agere, ſalus enim & ſapientia in multis conſiliis habitat, longéque vtilius alios gubernant minùs inſtructi ab regendo, ſed capaces admonitionum quàm raris ad hoc præditi ornamentis, ſed ſibi præſidentes, impatienteſque conſilij; *nam quæ deſurſum eſt ſapientia,* inquit Beatus Apoſtolus *primum quidem pudica eſt, deinde pacifica, modeſta, ſuadibilis, bonis conſentiens*; at ſi tantopere vituperanda eſt in iis qui regunt, monitionum reiectio, quantùm in aliis deteſtabile eſt, ne libenter quidem eas ab ſuis Præpoſitis audire? Sed ſi anxius de vita ægrotus,

Prou. 8. 12. & 11. 24.

Digitized by Google

ægrotus, aſperam licèt medicinæ, ac valdè acerbam rationem, miti animo perfert; ſeque gratum medenti & obſtrictum putat, etiam dum ſecatur, & vritur, nec ita deſipit, vt eum expoſtulet, irâ & æmulatione incitari; quid decet verum ſui deſpectorem, ſuæque auidum ſeruandæ animæ præſtare? Moſes Soceri Iethro, at quantus, & quantuli? de conſtituendis qui cauſas populi diſceptarent iudicibus ſanum conſilium, imò potiùs obiurgationem ita non reſpuit, vt ſtatim eam in opus contulerit; Petrus Chriſti vices in terris gerens, Paulo arguenti de circumciſione Gentium, manus dedit: Seueram Ambroſij ac diuturnam cenſuram & exaſperatam multis euentibus Theodoſius Magnus fortiter iuxta & ſedatè obiuit, ſceleris quidem non diffiteor Magni reus, ſed Imperator, & Theodoſius. Ipſe Ambroſius monentibus aliquid quod in ſe improbaſſent, gratias agere conſueuit. Ciſtercienſis verò Monachus, de quo narrat Ordinis Chronicon orationem Dominicam ſingulis

S. Baſil. reg. breu. 158. Faſ. diſp. 52.

Chryſoſt. homil. 1. in 1. ad Corinth. Cypr. ep. ad Quint. Aug. lib. 2. contra Donat. c. 1.

ſingulis rependebat qui aliquid in ſe animaduertiſſent, quod ita placuit; vt in eo quod ipſe incolebat Clareuallenſi Cœnobio perpetuo more firmaretur.

TERTIA PARS.

De correctione per fraterni defectus indicium obeunda.

1. VIget lex in Societate IESV, vt ad maiorem in ſpiritu profectum, & præcipuè ad maiorem ſubmiſſionem, & humilitatem contentus quiſque ſit ſuos omnes defectus, & errores, & quæcunque in eo obſeruantur ad Superiorem per quemuis qui extra confeſſionem, & petiti conſilij ſecretum eas acceperit, deferri. Quod ab ſeditioſo Sacerdote extra Societatem pulſo cùm traduceretur, velut contrarium Euangelij præſcripto de arcanâ fratris præmonitione, Sacerdotis dogma Gregorius XIII. cauſâ maturè cognitâ

Ægid. Gonzal. in ſuis ſerm. ſpir. refert vt teſtis oculatus.

cognitâ damnauit, legemque illam Apoſtolicæ conſentaneam cenſuit; & verò ſecura tum vniuſcuiuſque directio, tum gubernatio, & conſeruatio Societatis vniuerſæ, quæ detegendæ Superioribus neceſſitatem conſcientiæ propriæ inducunt, ad manifeſtandos iiſdem defectus fratrum pariter compellunt. Quare hanc item legem habet ſancti Franciſci Ordo ſacer, eamque communi conſenſu Generali ſancto Bonauentura confirmauit, & pœnis grauibus ſanciuit, in eos decretis, qui oppoſitam Doctrinam deinceps traderent; habet hanc etiam à priſcis Abbatibus Stephano, & Paulo ſancti Benedicti familia. Nec inſunt facto Chimeræ terribiles, quas legendo nonnulli ſomniant nec enim iudici ad plectendum, ſed Patri ad cauendum, pro paterna cura & prouidentiâ, filiorum delicta per fratrem, vel pericula explicantur. Eccleſiæ verò ac ciuilis adminiſtratio cum in arcanam quoque illorum vitam ſeriò inquirat, quos ad præfecturas & munera deſignat, nihil mirum velle Societatem

Serena conſci. q. 104. cap. Barc. ſtatut. ord. &c.

Smarag. Alb. 23. & 24. c. in Reg. S. Benedict.

Suar. diſp. 34. de pœnit. ſ. 4. n. 22.

tem

tem noſtram ſcire cuiuſmodi homines,& quantæ virtutis aut infirmitatis, confeſſionibus, pulpitis, tum ſacris, tum prophanis, aliiſque officiis addicat, non vt puniantur, ſi quid incidat pœna dignum; ſed ne indignis atque nocituris Eccleſiæ, magiſtratus, animæ, miniſteria committantur; occultum verò næuum vnius cuiuſpiam vni ſecretò ad curationem medicinamque aperiri, quantillum hoc, & quàm nihili eſt ipſius damnum, ſi conferatur cum totius communitatis probro, cum graſſaturi, quantò ſecretiùs, tantò ſecuriùs & abſque remedio, latentis mali pernicie; cum dedecore etiam peccantis, hac aut illac tandem ſeriùs, ocyùs emerſuro, vixque iam ſcalpro, & cauſticis inhibendo, cùm antè oleo potuiſſet. Verè igitur ſanctus Baſilius, *Peccatum*, inquit, *occultare nihil aliud eſt, quam ægrum in mortem ſua ſponte ruentem impellere, ac procliuiorem reddere.* Et ſanctus Auguſtinus. *Si frater vulnus habet in corpore, quod latere velit, dum timet ſecari nonne abs te*

Reg. fuſ. 46.

Reg. 5. cap. 13.

te ſiletur crudeliter, miſericorditer indicatur? Quanto ergo magis aperire id debes, ne deterius putreſcat in corde? non eſt hæc charitas, non pacis ſtudium, non popularitas, non religionis ingenium, ſed amicitia peſtilens, quies tumidi maris, diſſimulatio peruerſa, & infeſta Deo carnis mundique prudentia iniquam priuati voluntatem communi famæ ac vtilitati, imperioque præferentis. Nemo ſit ergo, pergit ibidem S. Baſilius, *qui quærat peccato alterius latebras, ne pro amore quem fratri debet, exitium illi conciliet.*

2. Sed præter tam multa, & valida nititur noſtra Societas peculiari famæ abdicatione, quam ſuorum quiſque non obſcurè, nec incogitanter profitetur, quoad regulæ huius obſeruationem, quæ cùm illi ſæpe in Tyrocinio, ſæpiùs aliàs tanquam ex præcipuis vna explicetur; feraturque velut conditio, quam qui repudiat Societatem vnà repudiat, quam admittit quiſquis Societatem ingreditur; negari non poteſt, quin boni communis ac priuati ſui æquiſſimo ſtudio, *Congreg. 6. Generali Soc. IESV Decret. 49*

ſtudio, de famæ iure conceſſerit, ſi quo pacto illa ſeruandæ regulæ obſtare vnquam videretur.

3. Hæc ergo cùm ita ſe habeant, eius eſt qui ab Superioribus monetur placidæ id ferre, nec inueſtigare delatorem, aut occurrentem ſugillare, quaſi minus æquum & veracem: hæc enim forent documenta hominis in religione ſæculum viuentis, & plerumque peiori exemplo apud domeſticos, quàm ipſamet culpa quæ anteceſſerat ſed apud externos longè deterrimo. *Qui procaciter*, inquit, Sanctus Bernardus *etiam aperta defendit, quomodo occultas & malas cogitationes cordi ſuo aduenientes humiliter reuelaret Abbati*: amplificauit, inquis, at tu in propria, ille in aliena causâ; vtrum ergo credibilius eſt? Sed eſto in maius tulerit, vbi tua illa crucis, & inſignium Chriſti deſideria ſunt, ſiue bona mente, ſeu improbâ fecerit? Quis det nobis centum in noſtri cuſtodiam paſtores deputari; *quantò ſentio plures*, ait, S. Bernardus *gerere mei curam, tantò ſecurior in paſcua exeo, ſtupenda inſania? animarum*

De grad. humil. gr. 7.

Epiſt. 4'.

marum non cunctor turbas mihi cuſtodiendas colligere, & ſuper propriem vnum grauor habere cuſtodem?

4. Denuntianti verò fraternos defectus comes adſit oportet amor & charitas, ne augeat, immutet, dubia pro certis aſſerat, ne cuiquam indicet, niſi Superiori tantùm, aut ſi quis valeat iis efficaciter mederi. Denique vt pergit diligentia charitatis ligare phreneticum; lethargo preſſum, ſtimulare; vtrumque amare tunc quidem indignantes, ſed gratulaturos, vt conualuerint; ſic ſperet facturos, quorum conſulit emendationi; quin etſi deſperet pergat præpoſitos nihilo ſeciùs ſuper iis adire, nec reorum impatientiæ offenſionem veræ charitatis, & ſanctiſſimæ regulæ tribuat: numquid enim negligenda eſt medicina, quod nonnullorum peſtilentia inſanabilis ſit.

S. Auguſt. ep. 164. & 87.

2. Corint. 2. 2.
Prou. 28. 23.

5. Modum denique medendi, ac ſuſpenſæ manus cautionem docet hac in parte S. Baſilius exemplo Medicorum, quos cùm erga ægrotos valde afficiat commiſeratio & amor, vires in morbum omnes ac ſæuitiam

depro

depromunt. Vult ergo Sanctus, qui alios monent Patrem imitari iacentis filij periculoſum vulnus & acerrimi doloris medicantem, quàm enim leniter, quàm cautè, quàm mollibus digitis, & habili manu! ſic ij omnem planè dent operam, vt qui admonetur & curatur, intelligat nihil ex animi perturbatione, aut monentis rationibus priuatis, ſed ex eius in ſua commoda ſyncero animo, & charitatè integrâ proficiſci. Quæ omnia, & quæcumque hoc volumine habentur ſingula, iudicio S. Matris Catholicæ, & Apoſtolicæ Romanæ Eccleſiæ ſubiecta ſunto.

Laus Deo, Virginique Matri.

INDEX

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

INDEX RERVM PRÆCIPVARVM.

Numerus paginam indicat.

A

Abſtinentia.

ABSTINENTIÆ cruciſque genera duo. pag. 140

Acacius.

Acacius Epiſcopus in recipiendis lapſis ſeuerior, à Conſtantino increpatur. 313

Actio.

Perfectionis ſummam in eo verſari vt quotidianas Actiones perfectiſſimè obeamus. 17

Triplex Sanctorum induſtria, quâ quotidianas Actiones perfectè, fructuoséque obierunt. 19

Triplex alia eorum in eundem finem ſolertia. 21

Monita duo grauiſſima ad quoti-

dianas Actiones perfectè obeundas ſpectantia. 24

Agatho.

Agathonis Abbatis dictum ad Perfectionem ſpectans. 13

Amicitia.

Amicitia priuata triplex charitati lethalis. 55

Amor.

Amoris caſtè in omnibus diuinam gloriam ſpectantis tres gradus ex D. Bernardo. 40

Dei Amor ſuauiſſimum mortificationis condimentum. 151

Amoris etiam honeſti cultura frequentior timenda. 364

Anima.

Animarum ſaluti cum Deo cooperari nihil diuinius. 291

Quibus præſidiis animæ iuuari poſſint. 306

In Animarum procuranda ſalute non eſt habenda perſonarum acceptio. 314

Dei fiducia, & diffidentia ſui, idoneum animas iuuandi præſidium. 316

Baſiliſcus.

Digitized by Google

B

Baſiliſcus.

BAſiliſcus inanis gloriæ ſymbolum. 32

Beneficium.

Bona conferre & mala pati, duplex charitatis munus. 48

B. Bernardinus.

B.Bernardini inſignis modeſtia. 158

Bernardus.

Bernardus de Quintaualle quâ gloriâ donatus quòd omnium actiones benignè interpretaretur. 52

S. Bonauentura.

S. Bonauenturæ præ reuerentia à Communione abſtinenti quid acciderit. 288

C

B. Carpus.

B. CArpi zelus reprehenſus, cur. 313

Caſtitas.

Caſtitatis elogia. 359

Idonea ad caſtitatem tuendam auxilia. 360

Digitized by Google

Etiam minima, in re caſtitatis ſunt in Confeſſione recenſenda. 363
Remedia contra impuras tentationes. 366
Vide, *Tentatio.*

Charitas.

Quàm multis, magniſque titulis ad Charitatem fratrum compellamur. 41
Deus amandi cauſa, proximus materia. 45
Quid à nobis fraterna Charitas exigat. 47
Charitas in hac vita indiget mutuis obſequiis foueri. 49
Charitas quibus lædatur. 50
Tria ad fouendam inter iniurias Charitatem maximè neceſſaria. 54
Amicitia priuata Charitati lethalis. 55

Christus.

Chriſti crucifixi conſpectu, aſperitas mortificationis dulceſcit. 153
Chriſtus pro nobis paſſus eſt, ad exemplum quod imitaremur in ſe effingendum. 265

Cœnobium.

Cœnobia ſine charitate, tartara à D. Hieronymo

Digitized by Google

Hieronymo dicta. 43

Cognitio.

Suiipſius cognitio, eximium aduerſùs inanem gloriam antidotum. 35

Cognitio ſuiipſius, commune ac præſens omnium animi ægritudinum remedium. 188

Communio, Vide, *Euchariſtia.*

Compaſſio.

Compaſſio fraternæ charitatis munus. 47

Concupiſcentia.

Non poſſe cuipiam, à Deo ſupplicium grauius infligi, quàm ſi ſuis illum concupiſcentiis permittat. 138

Conſcientia.

Conſcientiæ reatus præcipua triſtitiæ origo. 251

Conſuetudo.

Conſuetudo perfectè agendi quod agimus, quid præſter. 23

Contemplatio, Vide, *Oratio.*

Correctio fraterna.

Fraternæ correctionis bonum. 440

Modus fraternæ correctionis. 444

Correctio per fraterni defectus indicium,

dicium, quàm placidè ſubeunda. 452

Crux.

Crux Chriſti, non ſolùm lectulus morientis, ſed & cathedra docentis. 265

Vide, Paſſio.

D

Detractio.

DEtractio quantopere fugienda. 165

Deus.

Dei bonitas in auguſtiſſimo Euchariſtiæ Sacramento maximè elucet. 267

Deus gaudet ſuperbiam dæmonis tenui ſub hoſte frangere. 317

Dicterium.

Dicteria quantum noceant fraternæ charitati. 169

Dies.

In diem & horam nobis viuendum ad anteuertenda in diuturnitate boni operis tædia. 22

Diſtractio.

Diſtractionum & euagationum mentis

tis in oratione tres cauſæ. 83
Languoris & euagationum remedia. 80

B. Dorotheus.

Dorotheus quo vteretur ad virtutem incitamento. 15

E

B. Edmundus.

B. EDmundo quid Ieſus commendauerit, ad dæmonem vincendum, & mortem feliciter obeundam. 266

Euchariſtia.

Euchariſtiæ miracula. 268
Euchariſtiæ vis aduerſus Dæmonis tentationes. 278
Quæ præparatio requiratur ad ſumendam Euchariſtiam. 268
Gratiæ, ſtatim poſt Euchariſtiæ ſumptionem, & quo ordine agendæ. 275
Sacræ Communionis fructus. 277
Vnde quis in ſe non percipiat Euchariſtiæ fructus. 281
Viſio Ethnici Saxoniæ Ducis, de Euchariſtia.

chariſtia. 282

Examen.

Examinis conſcientiæ ad purgandam vitam, virtuteſque parandas præſtantia. 95

Examen conſcientiæ non ſolùm à Sanctis Patribus, ſed & ab Ethnicis commendatum. 94 & 95

Examinis particularis argumentum. 96

Non eſſe de facili mutandum argumentum particularis examinis. 99

Forma & modus particularis examinis. 100

Emendatio noſtra tractim, & per diei partes ſuſcipienda. 101

Examinis generalis quinque puncta. 103

Exemplum.

Exemplum quantæ ſit virtutis ad perſuadendum. 306

Exercitia ſpiritualia.

Quàm neceſſarius ſit annuus ad exercitia ſpiritualia receſſus. 86

Exercitiorum ſpiritualium fructus triplex. 88

Feruor.

Digitized by Google

F

Feruor.

FEruorem primum remittere quàm periculoſum. 24
Feruorem ſpiritus tentationibus acui. 220

Fiducia.

Fiducia in Deo quanti ſit ad promouendam animarum ſalutem. 316
Nulla æquè re Deus ac diffidentia irritatur. 320

B. Franciſcus Borgia.

Franciſci Borgiæ inſignis mortificatio. 145. 148. 149

G

Gloria.

GLoriæ inanis atrocitas quanta. 28
Gloria inanis quas clades inferat. 29
Eſt in peccato prima, in conflictu poſtrema. 30
Perfectos faciliùs impetit quàm Tyrones. ibid.
Quâ pœnâ Monachus ob inanem gloriam

gloriam à Pacomio multatus. ibid.
Antidota varia inanis gloriolæ. 32

Gratia.

Gratiæ diuinæ dulcedine mortificationis aſperitas duſceſcit. 150

H

S. Hilarion.

S. Hilarion cur adeo timeret hominum plauſus. 34

Honor.

Honoris ambitio fraternæ charitati lethalis. 56

Humilitas.

Quantopere humilitate indigeamus. 175
Humilitas parens cuſtoſque virtutum. ibid.
Primus humilitatis gradus, abiectè de ſeipſo ſentire. 180
Humilitatem parit notitia ſuipſius, & Dei cognitio. ibid. & 185
Secundus Humilitatis gradus, vt amemus neſciri & pro nihilo reputari. 189
Quo pacto quis id aſſequi poſſit. 192

Quàm

Quàm facilè. 196
Humilitatis Chriſti exemplum imitari vt conferat. 199
Humiliatio neceſſaria ad humilitatem via, 200
Tertius Humilitatis gradus, ſibi nihil prorſus, ſed ſoli Deo vniuerſa bona adſcribere. 205
Soli humiles perfectam omnium vitiorum victoriam referunt. 208
Humiles non ſunt puſilli animi. 209

I

Ieiunium.

IEiunium tentationes caſtitatis extinguit. 368

S. Ignatius.

S. Ignatius, nihil adeò in omni vita ſpectauit vt maiorem Dei gloriam. 27
Qua de re monendos cenſuerit Nouitios ad collegia tranſituros. 26

Ioci.

Ioci verborum declinandi. 168

Intentio.

Recta in Deum intentio perneceſſaria ad quotidianas actiones per-

fectè obeundas. 19
Intentio recta vbique & in omnibus tenenda. 27
Quo pacto ſcopum diuinæ gloriæ in omnibus aſſequamur. 36

Iſaac.

Iſaac Abbas ob iudicium temerarium ab Angelo correptus. 52

Iudicium temerarium.

Iudicium temerarium quàm noceat fraternæ charitati. 51
Quibus beneuolentiæ argumentis vincendum. 51.& 52

Iuniperus.

Iuniperus quâ ſolertiâ ſex menſes ſuauiſſimè ſiluerit. 102

L

Lapſus.

MVltorum, poſt annos complures exercitatiſſimæ virtutis, lapſus. 373

Lectio.

Lectionis ſpiritualis neceſſitas. 89
Eiuſdem vtilitas. ibid.
Vt ab literario ſtudio differat. 90

Loqui.

Loqui.

Qualiter & quatenus quis de ſeipſo loqui poſſit. 33

Quibus circunſtantiis loquendum. 163

De rebus diuinis religioſos homines loqui oportere. 170

M

B. V. Maria.

B. VIrginis inuocatio, præſens antidotum contra impuras tentationes. 366

Meditatio, Vide. *Oratio.*

Mendacium.

Mendacium etiam apud mundanos quàm ſit odioſum. 168

B. Metildis.

B. Metildi, ornandæ Chriſto venienti animæ ratio diuinitus tradita. 274

Minimum.

Minima nequaquam ſpernenda, niſi velimus paulatim decidere. 9

Quid reſponderit ſenior iuueni minuta ſpernenti. 159

Miſſa.

Miſſa.

Quâ deuotione Miſſæ ſacrificio adſtare debeamus. 285

Sacrificij Miſſæ excellentia. 286

Hiſtoria viri nobilis cum ruſtico paciſcentis pro recuperando Miſſæ fructu, & quid inde funeſtum ruſtico acciderit. 286.287

Hiſtoria item Aulici honorarij S. Elizabethæ Luſitaniæ Reginæ, ab incendio fornacis liberati, quòd ad audiendam rem ſacram ſubſtitiſſet. 287

Hiſtoria duorum venatorum, ſuper eadem re. 288

Hiſtoria Chriſtiani captiui. ibid.

Modeſtia.

Modeſtia nobis & proximis quantopere proſit. 157

Modeſtia inſignis familiæ S. Bernardi coram ſummo Pontifice, & Cardinalibus. 158

Monachus.

Monachus adoleſcens quo incitamento, feruori priſtino reſtitutus. 15

Monachus remiſſioris diſciplinæ alacer & fidens moritur, quod omnium

nium actiones in bonam partem exceperit. 53

Monachos veteres ſolâ Euchariſtiâ contentos quandoque vixiſſe. 277

Mortificatio.

Mortificationis ſumma in quo ſita. 130

Quanti ſit pretij mortificatio. 132

Abſque mortificatione orationem non poſſe conſiſtere. 132

Virtutem nullam reperiri, vbi nulla eſt mortificatio. 134

Laborioſior mortificandi ſui fuga, quàm ſtudium. 136

Mortificationis in hac vita iugis neceſſitas. 148. & 150

Varij Mortificationis exercendæ modi. 140

In rebus quoque leuiſſimis mortificatio exercenda. 146

Quibus condimentis mortificationis aſperitas dulceſcat. 150

Moſes.

Moſes Abbas à ſpurciſſimo ſpiritu quare correptus. 50

Mulier.

Mulieris adſpectus telo lethali comparatus.

paratus. 361

N

P. Natalis.

P. NAtalis in quo Perfectionis ſummam conſtitueret. 18

Nouitius.

Nouitium ſe ſemper reputare, magni eſt ad perfectionem momenti. 14
Nouitiatus tempore ſanctè viuendi præſidia omni diligentiâ parentur. 24
Nouitium tepidè agere, malum. 25

O

Obedientia.

OBedientiæ religioſæ præſtantia. 374
Obedientiæ gradus. 376. & ſeqq.
Obedientiæ incitamenta. 384
Incommoda quæ circa imperata occurrunt qualiter Superioribus ſint exponenda. 393

Opus.

Opus vt rectè perficiatur, hoc ſolum agamus quod agimus. 20
Opus aggredi quaſi vltimum, & quaſi,

quaſi nunc eſſemus morituri, quantum conferat ad illud ritè obeundum. 21
Operibus vna Dei voluntas, quam quærimus, pretium imponit, non materia quam tractamus. 38

Oratio.

Oraturis ſecretum quærendum. 33
Orationis ſanctæ opes. 60
Orationis elogia. 62
Orationis neceſſitas. ibid.
Quàm facilem ad Deum acceſſum habeamus. ibid.
Optimus meditandi modus. 63
Oratio mentalis duplex. 64
Cautiones perneceſſariæ ad vberem Orationis fructum. 73
Meditationis meta eſt clara lux mentis penitus perſuaſæ. 76
Quo pacto numquam deerit meditanti quo fructuosè occupetur. 77
Languoris, & euagationum in oratione, remedia. 80
Orationem abſque mortificatione non poſſe conſiſtere. 132
Orationibus etiam proximorum ſaluti cooperamur. 308
Oratio

Oratio triſtitiæ remedium. 253

P

Pacomius.
PAcomius qua ratione ad Chriſti cognitionem perductus. 42
Quâ pœnâ Monachum ob inanem gloriam multauerit. 30
Pambo.
Pambo visâ meretrice exquiſito ſtudio ornatâ cur fleuerit. 7
Parens.
Quanta religioſæ virtuti damna immoderatus in parentes amor inferre ſoleat. 238
Quàm præcipuâ curâ vitanda ſit negotiorum tractatio Parentes ſpectantium. 243
Fucus piæ charitatis in Parentes vt diſcuti poſſit. 245
Paſſio.
Nil adeo ſalutare quàm Paſſionis Chriſti quotidiana meditatio. 259
Motus præcipui quibus erga Chriſtum patientem afficici debemus. 260.261.,262.263 &c.

Paupertas.

Paupertas.

Paupertas religioſa, eſt via ad perfectionem, non ipſa perfectio. 325
Paupertatis religioſæ æſtimatio. 342
Eiuſdem præmium. 344
In quo ſita. 346
Paupertatem religioſam quibus modis quis conſequi poſſit. 350
Paupertatis religioſæ officia. 354
Paupertatis læſæ ſupplicia. 357

Peccatum.

Peccatorum optima ſatisfactio, cæteros à peccando auocare. 312
Peccare non eſt libertas, ſed imbecillitas & impotentia. 331

Perfectio.

Triplex eximiúmque ad Perfectionem acquirendam præſidium. 2
Alia totidem ad Perfectionem ſingularis momenti auxilia. 8
Perfectionis noſtræ ſummam in eo verſari, vt quotidianæ vitæ ſingula opera atque officia quàm perfectiſſimè obeamus. 17
Perfectionis negotium non generatim & in vniuerſum, ſed ſigillatim, & per partes aggrediendum, ne magnitudine operis terreamur.

Digitized by Google

mur. 11
Pefectiſſimorum hominum conſideratio eſt magnum ad Perfectionem incitamentum. 12
Nouitium ſe, & incipientem ſemper reputare magni eſt ad Perfectionem momenti. 14

Perſæ.

Perſarum exercitus culicum exercitu deletus ad preces B.Iacobi Epiſcopi. 317

Perſpicuitas.

Perſpicuitas veterum monachorum in aperienda Præpoſitis conſcientiæ propriæ ratione. 416
Quanti ſit ſeipſum perſpicuè ſuis moderatoribus aperire. 417
Facilitas detegendæ moderatoribus conſcientiæ. 428
Qua methodo id fieri debeat. 436

Præſentia Dei.

Omnia in conſpectu Dei agenda, 20
Cogitatio diuinæ Præſentiæ, rudimentum felicitatis. 91

Quibus

Quibus modis teneri poſſit diuinæ Præſentiæ cogitatio. 92
E re quauis occaſionem ſumi poſſe, in Deum aſſurgendi. 93

Prædicator.

Prædicatores ſunt cæli legati, & pacis Angeli. 293
Prædicatoris munus quàm excellens. 291
Quàm arduum. 296
Quibus committi debeat. ibid.
Prædicatores non ſe tubos ſed conchas præbeant. 298
Monita quædam grauiſſima ad erigendam Prædicatorum timiditatem ex periculis ſui perdendi pro ſeruandis aliis ortam. 300. *& ſeqq.*
Prædicator non deſiſtat, etſi nullum à crimine retrahat. 323

Prælatus,

Quidquid fit Prælato neſciente, furtiuum & ſacrilegum eſt, nec vtilitatem, ſed exitium agenti affert. 382
Vide, *Obedientia.*

Regula.

R

Regula.

Regularum religioſarum vtilitas multiplex. 403
Adiumenta quædam ad accuratam Regularum diſciplinam. 411

Religio.

Finis & ſcopus Ordinum religioſorum mixtam actione & contemplatione vitam degentium. 289
Religioſa profeſſio alter Baptiſmus. 319
Religioſum inſtitutum imperfectos admittit vt efficiat perfectos. 325
Religioſæ vitæ bona ingentia. 332
Religioſum inſtitutum eſſe prolixius martyrium. 330
Religioſi an contra paupertatem peccent, ſi ab amicis accipiant quod ipſorum nomine in veros dominos, vel egentes diſtribuant. 356

Senex.

Digitized by Google

S

Senex.

SEniorum ſermonibus inter iuniores, virtus præ cæteris omnibus commendanda. 2
Seniores vt cauere debeant à priuata iuuenum amicitia. 57

Senſus.

Senſus exteriores iugiter ſeruandi ad tuendam caſtitatem. 360

Sermo.

Sermonum piorum auditio quantum conferat ad profectum ſpiritualem. 16

Silentium.

Silentium nobis & proximis quantopere proſit. 157
Silentij neceſſitatem commendat ingens loquendi difficultas. 160
Silentium, via ad contemplationem. 161

Societas.

Societatis & mutuæ charitatis emolumenta.

Digitized by Google

lumenta. 43
Societatis IESV vbique terrarum vnanimitas,& vnio. 45
Societas priuatorum ad immutandam Inſtituti formam quàm pernicioſa. 58

Spes.

Spes, mortificationis lenimentum. 152

Superbia.

Occultam ſuperbiam non raró manifeſtâ luxuriâ Deus punit. 212

Superior.

Superiorum charitas in ſubditos in quo maximè ſe prodat. 438
Superior etſi erret imperando, obediens non errat imperata faciendo,imò,& Deo placet. 384
Vide, *Prælatus, Obedientia.*

T

Tædium.

TÆdium in diuturnitate boni operis qua conſideratione anteuerti

reuerti poſſit. 22

Tentatio.

Tentationes ſeu conditiones à dæmone perplexè obiectas quâ viâ eludere poſſimus. 110

Quanta ſit tentationum vtilitas. 215

Tentationum remedia. 223

Tentationum vires viribus noſtris Deus attemperat. 226

Tentationes in noſtrum prouentum Deus vertit. ibid.

Quanti ſit principiis obſtare in Tentationibus. 229

Tentationum ſpecie fucatarum antidotum. 231

Tentationes contra caſtimoniam, aut Chriſti honorem, contemptu vincendæ. ibid.

Cautiones quædam perutiles ad tutiorem tentationum expugnationem. 234

Pietatis exercitia non relinquenda dum tentamur. 235

Tepeſcere.

Omni ope cauendum ne à feruore

tepeſcamus. 24

Timor.

Timor Dei, præpotens remedium aduerſus tentationes caſtitatis. 371

Triſtitia.

Triſtitia ſummoperè declinanda. 247

Quanta nobis damna triſtitia inferat. 248

Triſtitiæ origo triplex. 250.& 251

Triſtitiæ remedia. 253

V

Valetudo.

IN tenuitate Valetudinis voluntas Dei amplectenda. 119

Verbum.

Verborum lenitas fouet fraternam charitatem. 53

Virtus.

Virtutis æſtimatio quàm potens ad illius progreſſum incitandum, illecebra.

Digitized by Google

lecebra. 2

Virtus præ cæteris animi dotibus laudanda. ibid.

Virtutis deſiderium, ingens ad profectum ſpiritualem præſidium. 3

Virtutis conatus violenti, ſeu coacti, abſque illius deſiderio haudquaquam duraturi. 4

Virtutis progreſſum iuuat in priora extendi, & præteritorum obliuiſci. 6

Virtus ſumma & maximè perfecta ambienda. 8

Virtutes propriæ celandæ. 33

Virtutes vbi celari non poſſunt, quid agendum. 34

Vitium.

Vitiorum noſtrorum emendatio tractim & per diei partes ſuſcipienda. 101

Voluntas.

Voluntas noſtra ex Diuinæ arbitrio fingenda. 105

Qualis ſit & quanti noſtræ cum Deo Voluntatis perfecta conſenſio. 106

Quo incitamento Diuinam in omnibus

bus Voluntatem iucundè amplectamur. 111
Aduerſis præcipuè temporibus Dei Voluntatem amplectendam. 116
Voluntas Dei, in tenuitate valetudinis, miniſtrorum, Talentorum, virtutum, æternæ gloriæ amanda. 117

Votum.

Quam vberes fructus ex tribus votis percipiantur. 326
Ex voto geſta, eſſe maioris meriti. 428
Ex votorum inſtauratione vtilitas maxima. 337
Votorum inſtaurationis triplex cauſa. 338

Z

Zelus.

Zelus animarum quanti ſit momenti ad ſalutem earum promouendam. 310
Zelo animarum nihil Deo acceptius. 311
Zelus qua ſuauitate moderandus. 312

FINIS.

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

8-1

oogle